


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37




Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Ald.2.3.37

Ald. 2. 3.



Ex Libris Joannis Nencini
1874



Ald. 2/3

Nella serie del
le Edizioni Aldine
per ordine cronolo-
gico a pag. 141

Raro

Le carte in fine sono 40. e la Tavola ne
occupa 27. — Non 39. in tutte, e 26.
di Tavole, come erroneamente indica
Menovard Erij. 1825. —

J. Fradelloni —

CONSTITVTIONES
ET DECRETA
CONDITA

IN PROVINCIALI SYNODO
MEDIOLANENSI.

Sub Ill. ^{mo} & R. ^{mo} D. D. CAROLO BORRHO-
MAEO S. R. E. tit. S. Praxedis Presbytero Cardi-
nali, & S. Sedis Apostolicæ per uniuersam Italiam
LEGATO DE LATERE,

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANI.

*Ad usum Magni Pccri Anthoni
Catholici Augustiniani*



AL DVS

CVM PRIVILEGIO.
VENETIIS, M. D. LXVI.

est. 5.

CONSTITVTIONES

IN H. D. G. R. S. T. A.

CONSTITVTION

IN PROVICIANTALI SYNODO

ME D. O. M. N. E. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.



IN H. D. G. R. S. T. A.

IN H. D. G. R. S. T. A.

P



que
& N
tuer
quod
Toll
Aug
ciz
in ce
uerf
einf
habi
ad C
idem
rare
Con
Prou
hanc
nenf
que
num
diata

PETRVS GALESINIVS
LECTORI.



QVAM præstans, ac singulare sit
ad corrigendos morum erro-
res Prouincialium Concilio-
rum remedium; id cum ex iis,
quæ & summus ille Pontifex Leo Primus,
& Nicæni, Antiochæniq. patres ea de re sta-
tuerunt, tum ex eo certe intelligi potest,
quod non in Italia solum, sed in Hispania,
Toleti toties, Ilerdæ, Tarraçone, in Galliis
Aureliæ sæpe, Rhemis, aliisq. eius prouin-
ciæ, ac Germaniæ item, Britanniæq. locis,
in compluribus Græciæ partibus, & in uni-
uersa denique Asia, Africa, atque Europa,
eiusmodi prouinciales, recte atque ordine
habitæ, synodi fructum, eumq. maximum,
ad Christianæ uitæ disciplinam attulerunt.
idem hoc tempore nobis, DEO iuante, spe-
rare licet, ad usum reuocata ex Tridentini
Concilii decreto, illa, iam diu intermissa,
Prouincialium synodorum consuetudine.
hancq. nobis spem primum affert Mediola-
nensis synodus, quæ iam in lucem exit. ac si
quæ olim in hac ipsa urbe contra Iouinia-
num habita synodus, illius explosa, ac repu-
diata doctrina, utilis quidem fuit; hæc, ere-

* 2 pris

ptis huius prouinciæ morum erroribus , in
troductaq. pie uiuendi disciplina, idem pla
ne efficiet. tuæ igitur pietatis est, non ea so
lum animaduertere, quæ nos, non multa il
la quidem, hoc indice complexi sumus, sed
ea studiose legere, ac diligenter seruare,
quæ in ipsi s constitutionibus longe uberio
ra continentur; ut iis atque aliis sanctissimæ
uitæ præceptis ipse adiutus, eo progredi
possis, ut præmia illa consequaris, quæ ma
xima DEVS pollicitus est iis, qui religiosi
sunt, & in pietate excellere uolunt. huius
sane rei cura cum omnes maxime attin
gat; est profecto, cur se quisque ualde inci
tet, ut hæc christianæ uitæ officia, quæ in ca
tholica repub. esse oportet, cumulatissime
præstet. quod si quibus sponte currentibus
spectate etiam Pastorum uirtutes stimulos
addunt, eo uehementius contendere illos
oportet; quo magis eorum consilio, doctri
na, uitæ exemplo, & aliis rebus omnibus
adiuantur. Vale.

INDEX TITVLORVM,
qui tribus his Mediolanensis
synodi Constitutionum par
tibus continentur.

TITVLI PRIMAE PARTIS.

D e professione fidei, eiusq. tuen dæ cura. 2
De abutentibus sacra Scriptu ra. 5
De ludi magistris. 6
De fidei initijs a parochio tradendis. 6
De Præbenda theologali. 7
De prædicatione uerbi Dei. 7
Quæ seruanda sunt in Sacris imaginibus ef fingendis. 14
De actionibus & repræsentationibus sa cris. 16
De sanctarum Reliquiarum ueneratione. 16
De magicis artibus, ueneficijs, diuinatio nibusq. prohibitis. 17
De bla phemia. 18
De festorum dierum cultu. 20

* 3 Ti tuli,

TITVLI SECVNDÆ PARTIS.

DE ijs, quæ ad Sacramentorum admini- strationem generatim pertinent.	22
Quæ pertinent ad Baptismi administratio- nem.	25
Quæ pertinent ad Sacramenti Confirmatio- nis administrationem.	28
Quæ pertinent ad Sacramentum sanctæ Eu- charistiæ.	29
Quæ pertinent ad celebrationem Missæ.	32
Quæ pertinent ad Sacramenti Pœnitentiæ administrationem.	40
<i>De ieiunio.</i>	45
Quæ pertinent ad extremæ unctiõnis admi- strationem.	47
Quæ ad Sacramenti ordinis administratio- nem pertinent.	47
De Seminario clericorum.	49
Quæ pertinent ad collationem beneficio- rum.	52
<i>De edicto proponendo in examine eorum, qui præficiendi sunt parochialibus ecclesiis.</i>	56
De examine & inquisitione in promouen- dis ad cathedrales ecclesias.	57
De uita & honestate Episcoporum & cleri- corum.	60
<i>De frequenti diuini sacrificii oblatione.</i>	62
<i>De dignitate ab Episcopo retinenda.</i>	62
De	

	<i>De Episcopi uestitu .</i>	63
	<i>De Episcopi supellectili .</i>	64
	<i>De Episcopi mensa .</i>	66
	<i>De Episcopi familia .</i>	66
	<i>De canonicis horis non intermittendis .</i>	68
	<i>Qui libri potissimum a clericis legendi .</i>	69
	<i>De clericorum uestitu , & reliqua uita mode- ratione .</i>	69
	<i>De clericalibus adibus .</i>	73
	<i>De armis , ludis , spectaculis & eiusmodi a clerico uitandis .</i>	75
	<i>De negotiis secularibus a clerico fugiendis .</i>	77
	<i>De residentia .</i>	79
	<i>De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu uniuscuiusque parochiæ cogno- scendo .</i>	85
	<i>De Vicariis foraneis constituendis .</i>	87
	<i>De uisitatione .</i>	89
	<i>De iudiciali foro Episcopi .</i>	95
	<i>De notariis & scribis .</i>	95
	<i>De causidicis , aduocatis , & fiscalibus .</i>	100
	<i>De carceris custodibus & reis .</i>	100
	<i>De ministris ecclesiæ & diuinis officijs .</i>	101
	<i>Communia de ministris .</i>	102
	<i>De officio eius , qui choro presidet .</i>	106
	<i>De iis , qui dignitates , personatus , aut canoni- catus habent .</i>	106
	<i>De officio magistri chori et carimoniarũ .</i>	108
	<i>De officio sacrista .</i>	110
	* 4	De

III
113
114
115
115
116
117
117
117
um.
120
con-
121
123
124
124
125
117
bus.
133
135
139
ec-
im
uz

Quæ ad Sacramentum matrimonii perti-
nent. 152

De meretricibus & lenonibus. 153

De histrionibus, cingaris, tabernis merito-
riis, & aleatoribus. 154

De immoderatis sumptibus coercendis.
155

De usuris. 156

TITVLI TERTIAE PARTIS.

DE piorum locorū administratione. 160

De monialibus. 166

De monialium numero. 167.

*De Praefectis & alijs ministris monialibus.
168.*

De puellis ad religionem admittendis. 177

De nouitiis ad professionem recipiendis. 181

*De diuinis officiis, precationibus & lectione
monialium. 183*

*De communi uita usu, ac de proprietate tol-
lenda. 185*


*De clausura, & qua ad eam tuendam aliqua
ratione pertinent. 188*

De conuersis. 199

*De puellis secularibus, quæ in monasteriis e-
ducantur. 200*

*De concionatoribus, confessoribus, uisitato-
ribus, & cappellanis. 202*

De



CAROLVS BORRHOMAEVS,
MISERATIONE DIVINA

S. R. E. tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis,
ARCHIEPISCOPVS MEDIOLANI
Prouinciæ nostræ fidelibus
salutem in Domino.



QVANTVM mihi onus
imponeret Archiepi
scopalis officij ratio,
cogendi Prouincia-
lem synodum, quo
die ex grauissimo ius
so sancti Tridentini Concilij reco-
gnoui; mature ut id munus exequi
possem, uehementer elaborauit. quod
& nostræ testantur litteræ, quibus
Prouinciæ Episcopos euocauimus,
& sciunt graues atque ornati uiri,
qui nostris ea in re studijs & actioni-
bus interfuerunt. itaque, cum pri-
mum

mum mihi licuit, Mediolanum ueni,
quo Prouincialibus Episcopis con-
uocatis, cognitisq. ab eisdem ijs re-
bus, quæ in singulis ciuitatibus ac
diœcesibus correctionis, aut mode-
rationis indigerent in synodo, de ip-
sorum Episcoporum consilio, atque
consensu ea statuimus, ac decreui-
mus, quæ perturbatam Cleri, ac re-
liquorum uitæ, & officij disciplinam
restituere, uacillantem confirmare,
conseruatam propagare posse uide-
rentur. Synodo dimissa, cum a
PIO IIII. Pont. Max. Romam
reuocarer, ne in ipso quidem itine-
re mihi quidquam maiori curæ fuit,
quam ut ea decreta prouinciæ, ut spe-
ro, salutaria, primo quoque tempo-
re peruulgarem. Quam in cogita-
tionem toto animo incumbentem
me & ipsius P II Pontificis auuncu-
li mei mox consequuta mors, & de-
inceps interregni, & Pontificiorū co-
mitiorum occupatio, non iam a stu-
dio

dio
& si
nebr
ram
uit.
Deu
ita fr
breui
lari, E
ciatu
folli
mar
reui
fidei
diur
nes
fane
cend
tinere
rentu
terpo
tur u
denti
res, ce

ni;
on-
re-
s ac
ode-
le ip
que
ui-
re-
am
re,
ide-
n a
nam
inc-
nit,
spe
o-
ta-
m
u-
e-
o
u-
io

dio illa in lucem proferendi, quod,
& si grauioribus curis maxime disti-
nebar, tamen dimittere non pote-
ram; sed ab eorum editione retarda-
uit. sed bene, quod quemadmodum
Deum assidue precatus sum, &, ut
ita fieret, pro mea parte contendi,
breui, ipsius Dei benignitate singu-
lari, P I V S V. Pont. Max. est renun-
ciatus. qui pro summa sua cura, ac
solicitudine religionis, salutisq. ani-
marum, mihi & facile concessit, ut
reuiserem hoc tempore commissum
fidei meæ gregem; & inflammatum stu-
dium meum edendi has Constitutio-
nes Prouinciæ nostræ fidelibus pia-
sane cohortatione magis etiam in-
cendit; &, ut eæ ad illos etiam per-
tinerent, qui alioqui ipsis non tene-
rentur, litteris suis Apostolicam in-
terposuit auctoritatem. Damus igitur
uobis, quæ ex præscripto Tri-
dentini Concilij ad moderandos mo-
res, corrigendos excessus in Prouin-
ciali

ciali synodo decreta sunt . eaq. non
solum præsentium malorum reme-
dia esse confidimus ; sed cautionem
quoque fore speramus reliqui tem-
poris uitiorum & incommodorum .
Rogamus uero omnes , & per uisce-
ra misericordiæ Christi Domini ob-
secramus , ut has Constitutiones ,
quanto maximo potestis amore &
pietate , amplectamini , legatis , se-
quamini , totos uos ad earum senten-
tiam , rationemq. accommodetis .
immo uero , si quod nostrum esse po-
test , habito , & ubi primum facultas
fuit , edito hoc Prouinciali concilio,
meritum id mihi , & pijs ipsis ac pru-
dentibus Patribus , quibus consen-
tientibus , & adiuuantibus hæc acta
sunt , præripite . tanto enim maior
commendatio est eorum , qui co-
lunt , quam qui tulerunt leges ; quan-
to est obedientia officij præceptione
præstantior . Ceteris uero etiam ho-
minibus uestra , uel morum mutatio-
ne ,

ne
seu
ple
qu
Ne
pro
stra
test
ut p
pos
tur
gio
xit
tu
de
V

ne, uel innocentia, ac pietatis per-
seuerantia præluceat; ut isto exem-
plo ad uirtutis & officij cultum reli-
quæ etiam Prouinciæ incitentur.
Nobis enim, ut in his decretis nihil
propositum fuit, nisi Dei gloria & ue-
stra salus; sic nihil optatius esse po-
test, quam, ut ita decreta seruentur,
ut pœnis, quæ delinquentibus pro-
positæ sunt, nullus locus relinqua-
tur; magisq. in agendo uestra reli-
gio, ac probitas, qua una, uel ma-
xima uoluptate noster compensabi-
tur labor quam nostra in decernendo
diligentia commendetur.
Valete in Domino.

Faint, illegible text in a Gothic script, likely representing a list or index of entries.




CC

E



Folice
Dei
episcop
RR.
vincia
sancin



CONSTITVTIONES
ET DECRETA
CONDITA

*In Prouinciali Synodo
MEDIOLANENSI.*



OS CAROLVS BORRHO-
MAEVS S. R. E. tit. *sanctæ Pra-*
xedis Presbyter Cardinalis, ac S. m
D. N. Papa, & Sanctæ Sedis Apo-
stolicæ per uniuersam Italiam Legatus de latere,
Dei & eiusdem Apostolicæ sedis gratia Archi-
episcopus Mediolanensis, de consilio & assensu
RR. morum DD. Coepiscoporum nostrorum, in Pro-
uinciali Synodo Mediolanensi, hac statuimus, &
sancimus.

A De

De professione fidei, & eius tuendæ cura.

Heb. 11.

PRIMA & maxima Pastorum cura uersari debet in ijs, quæ ad fidem catholicam, quam sancta Romana Ecclesia colit, et docet, et sine qua impossibile est placere Deo, integre, inuiolateq. conseruandam pertinent: ideo nos hinc potissimum exordiendum esse duximus, ut, quæ ex eodem spiritu est fides, eandem una oris confessione profiteamur.

Sess. 25. c. 2.

SACRI igitur Tridentini concilij auctoritate innixi, mandamus, ut omnes ij, qui beneficia ecclesiastica obtinent, uel in posterum obtinebunt; & qui in synodum diocesanam conuenire debent; in ea synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, omnia & singula a sancto concilio Tridentino definita, & statuta palam recipiant; ueram obedientiam summo Rom. Pontifici spondeant; simulq. hæreses omnes publice detestentur, & anathematizent; fidem profitentes eisdem uerbis, quibus ex formula, a S.^{mo} D. N. Pio IIII. Pont. Max. præscripta, nos & Coepiscopi nostri initio huius sanctæ synodi, iurati præstitimus, & professi sumus: etiam si antea in diocesana synodo id officium, ad exequendum iussa Tridentini concilij, quacumque ratione & modo obierint.

Anno M.D.
LXIII. Id.
Nouemb.

EPISCOPI omnes Prouincia nostræ constitutionem S.^{mi} D. N. Pij IIII. Pont. Max. de professione fidei facienda ab ijs, qui de beneficijs cura-

tis,

*tis, & canonicatibus promisi sint, & a docentibus
 litteras, & a promouendis ad doctorales, uel alios
 gradus, publicent in suis ciuitatibus & dioecesi-
 bus intra mensem, & ab omnibus inuoluate ser-
 uandam curent: Præsertim uero ab ijs, qui cuius-
 cumque status, conditionis, & dignitatis sint, quo-
 uis modo, uel nomine, publice aut priuatim, domi
 sue uel aliena, etiam si pedagogi sint, pueros, ado-
 lescentes, aliosue cuius sexus, & ætatis, quas cum-
 que artes litterarias, uel alias liberales, etiam si ip-
 sa prima grammaticæ rudimenta, legendo, inter-
 pretando, uel repetendo, uel alia quauis ratione,
 etiam si gratis doceant; quorum etiam omnium
 mores, antequam ad docendum accedant, proba-
 re debebunt: alioquin de ijs pœnas, in eadem con-
 stitutione propositas, sumant.*

*Qui uero, ne prædicti huic decreto obtemperent, im-
 pedierint; aut huius temeritatis quacumque ra-
 tione illis auctores, aut adiutores fuerint; seuerè pu-
 niantur.*

*Ut autem id facilius, ac melius effici possit; stu-
 diose inquirant parochi, quinam in suis parochijs
 eo docendi munere fungantur; & eorum nomina
 ad Episcopum ad mensem, a die publicationis con-
 stitutionis eiusdem numerandum, deferant. Quos
 uero deinceps eiusmodi cognouerint; primo quo-
 que tempore Episcopo indicent.*

*PAROCHI diligenter animaduertant, an
 in suis parochijs ullus sit, quod ad fidem attinet,*

A 2 prauis

prauis opinionibus imbutus, uel eo nomine suspectus; eumq. ad Episcopum, uel Inquisitorem deferant.

Moneant praeterea populum, debere omnes, si quos nouerint aliquid fecisse, uel dixisse, quamobrem de huiusmodi peccato in probabilem suspicionem uenerint, statim deferre.

Obseruent etiam eos, qui ex finibus hereticorum, uel heresis nomine suspectorum ueniunt; singulorumque dicta & facta odorentur; ac de eorum uita consuetudine, & ratione cognoscant. & si qua de ijs suspicio fuerit, Episcopum, uel Inquisitorem admoneant.

PRINCIPES uero, & ciuitatum Magistratus hortamur, ac per uiscera misericordiae Christi Domini obtestamur, ut caeleste lucrum terrenis commodis praeferentes, commercium, & consuetudinem hereticorum, quam fidelibus perniciosam, ac pestiferam esse constat, pro sua pietate, ac studio religionis, e suis urbibus, atque oppidis amouendam, ac tollendam curent.

Prohibeantque, ut ne suae ditionis homines, percipiende etiam linguae causa, aut mercaturae, alioque nomine, in hereticorum locis instituantur, aut commorentur.

Sacro denique Inquisitionis officio in omnibus ex animo faueant, & opitulentur; & ut eius edicta seruentur, auctoritatem etiam suam rogati interponant.

Cumque

Cumque eis a sancta Sede Apostolica concessum fuerit, ut causis fidei ad patrocinium catholica ueritatis adisterent, nihil sibi in illis usurpare, neque quidquam, quod contra sacros canones sit, attemptare uelint.

EPISCOPI regulas Indicis de libris uetitis, ab ijs, qui illi negotio a sacrosancta Tridentina synodo praefecti fuerunt, ex auctoritate S. mi D. N. Pij IIII. aditas, ab omnibus librorum impressoribus, ac bibliopolis, ceterisque omnibus laicis & ecclesiasticis personis seruari iubeant.

Quorum uero librorum purgatio, eiusdem Indicis iussu, facienda est; eos legi, uendi, aut emi, haberiue omnino uetamus; donec ab ijs, ad quos pertinet, purgati & probati fuerint.

De abutentibus Sacra scriptura.

NEFARIA est eorum temeritas, qui sacra scriptura uerbis, uel sententijs, ad iocum assentionem contumeliam, superstitionem, impietatem, aut ad quosuis profanos sensus abutuntur. Quamobrem Episcopi in eos, qui in hoc genere deliquerint, ex sacrorum canonum, & Tridentini concilij decretis grauius animaduertant.

Et ut detestabilis hac licentia prorsus tollatur; fidelem populum per concionatores, parochos, confessores de huius peccati grauitate frequenter admonendum curabunt.

sess. 4. in decreto de editione & usu sacrorum librorum.

De ludi Magistris .

PRINCIPES & Magistratus in Domino uehementer hortamur, ut, nulla sumptus sui habitatione, publicos ludi magistros in urbes & sua ditionis loca conducant, non minus fidei & uita, quam doctrina & scientia laude commendatos. Qui uero litteras docebunt, non solum libros, indice S. mi D. N. Pij IIII. auctoritate edito, nominatim ueritos, pueris non interpretentur, aut ab illis legi patiantur; sed neque etiam alios, quibus obscena, uel turpia contineantur.

scil. 9.

Præcipimus etiam, ut bonis moribus, & salutari-
bus præceptis eos erudiant; in primisq. in aliqua
pia, & christiana institutione, si Episcopo uidebitur, exerceant; ceteraq. omnia officia, quæ Leo X.
in Lateranensi concilio statuit, præstent. In iis si
deliquerint, pro delicti genere plectantur.

De fidei initiis a Parocho tradendis .

PAROCHI singulis dominicis & aliis festis die-
bus, qui Ecclesie præcepto agi soleant, pueris sin-
guli in suis parochiis initia fidei tradant; eosque
ad obedientiam primum Deo, deinde parentibus
præstandam erudiant; ac propterea a prandio sta-
ta hora, proprio campanæ sono, ad id munus assi-
gnato, ad ecclesiam conuocandos curabunt.

De

De præbenda theologali.

QVAE ecclesie cathedrales, aut collegiatae in oppidis insignibus præbendam, aut stipendium quouis nomine theologiae interpreti assignatum non habent; cum in illis sacrum concilium Tridentinum præbendam, primo uacaturam, ad hunc usum constituerit, quam ei tantummodo, qui ad hoc munus per se præstandum idoneus sit, deferri uoluit; id si adhuc re ipsa effectum non sit, curent Episcopi, ut quamprimum decreto concilij satisfiat.

Sess. 5. c. 3.

De prædicatione uerbi Dei.

APOSTOLI, in quorum locum Episcopi successerunt, satis nobis aperuerunt, uerbi Dei prædicationem esse præcipuum illorum munus, qui in Episcopali sede collocantur. Quamobrem nos auctoritatem sacrosancti Tridentini concilij, & ueterum patrum sequuti, in Domino Episcopos hortamur, ut toto pectore in hanc curam incumbentes greges sibi commissos ipsimet, præsertim in ecclesia sua, uerbo Dei pascant. Quod si leui de causa, aut quodam animi languore impediti, non fecerint; sciant sibi prætermissi necessary officij iudici Deo præcipue rationem esse reddendam. Sin autem se interdum uere impeditos cognouerint, per uiros idoneos, ex præscripto eiusdem concilij diligendos, hoc munus studiosissime populo præsentent.

Sess. 5. c. 2.
& Sess. 24.
c. 4.

A 4 In

In alijs uero ecclesijs parochialibus, uel alias curam animarum habentibus, saltem omnibus dominicis, & solemnibus diebus festis; ieiuniorum autem Quadragesimæ, & Aduentus tempore, quotidie, uel ijs saltem diebus, quibus Episcopus iusserit, proprio paroco, & Curato, oues sibi commissas, pro earum sensu & intelligentia, salutaribus uerbis pasceudas mandamus. Si qui autem propter inscientiam id prestare non poterunt; ad peritos confugiant, quorum auxilium implorantes, uel homilias sibi prescriptas, uel latinos sermones auctoris, ab Ecclesia recepti, in uulgarem linguam conuersos, approbatos tamen ab Ordinario, aut memoriter, aut de scripto pronuncient. Id autem tamdiu fiet, quoad liber Homiliarum ad hunc Curatorum usum Metropolitanæ cura prodibit in lucem. Sed ut norint Episcopi & eorum industriam, qui doctrina sunt præditi, & illorum diligentiam, qui aliorum uerbis diuinam legem enunciant; iubeant, si eis ita uidebitur ab unoquoque paroco & Curato unum singulis mensibus, ab eo habitum in ecclesia, sermonem ad se mitti. Qui negligentes, aut contumaces fuerint, eos Ordinarij arbitrio suo puniant; & præterea alios deligant, qui eorundem impensa opus illud explere possint, donec ipsi resipiscentes munus suum expleant. Quo etiam modo illis occurrere poterunt, quos etiam uel peritorum industria, uel homiliarum libris, uel alia quacumque ratione adiutos, parum proficere; quosue

ei muneri minus aptos esse; uel prædicatione destruere potius, quam adificare iudicarint.

Extra urbem uero in uniuersa diœcesi, præter officium, quod Curati præstabunt, tam multos distribuant Episcopi concionatores, ut in curatis ecclesijs, quæ in frequentioribus locis sitæ sunt, ceterisq. omnibus etiam non curatis, in quibus ipsi opportunum iudicauerint, intra cuiusque mensis spatium, saltem semel in aliquo die festo, Dei uerbum prædicetur. Eos autem ab illis, in quorum ecclesijs prædicabunt, hospitio recipi uolumus, suppeditatis omnibus rebus, ad eorum uictum necessariis, data etiam elemosina aliqua ex fructibus beneficiorum, uel etiam largitione laicorum, si beneficia tenuiora iudicauerint Episcopi, quam ut id onus ferre possint; nisi sint, qui iure debeant, uel dare consueuerint.

Iis autem, qui prædicandi officio, aut quacumque ratione fidelibus christianam doctrinam tradendi munere funguntur, hanc uiam & rationem ineundam proponimus.

Ut sacram scripturam interpretentur eo sensu, quem catholica Ecclesia, & consentiens sanctorum patrum auctoritas comprobauit; neque quidquam ab Ecclesia, aut a doctoribus Ecclesie probatis alienum proferant.

Ut si quando ad auditorum utilitatem utendum erit allegorijs, eas ex receptis ab Ecclesia scriptis seligant. Ne certum tempus Antichristi aduentus,

IO CONSTITVTIONVM

A. R. I.

tus, & extremi iudicij diem prædicent; cum illud Christi Domini ore testatum sit, Non est nostrum nosse tempora, uel momenta. Neue quidquam præterea futurum ex sacris litteris diuinare, eiq. euentui certam diem præfinire audeant. Neque temere, id sibi diuinitus reuelatum esse, affirment. Ne historias ex apocryphis scriptoribus populo narrent. Neue miracula, quæ probata scriptoris fide non commendentur. Si quæ tamen auditoribus salutaria iudicauerint; ita commemorent, ut a certa eorum affirmatione abstineant.

Ne ineptas & ridiculas fabulas recenseant: Ne ue superuacanea, & parum fructuosa.

Ne hereticorum opiniones, & argumenta referant apud imperitam multitudinem. Quod si alicubi necessitas postularit, ut eorum falsa dogmata accuratius, ac liberius confutentur, id non longa disputatione, sed graui redargutione faciant. quod facile assequentur, si catholicam ueritatem expromentes, sanctæ Ecclesiæ, conciliorum, & probatæ ueteris consuetudinis auctoritate, ac sanctorum doctorum, quos probat Ecclesia, testimonijs roborarint; & sacre scripture locos, quorum sensus ab illis ad corrumpendas simplicium hominum mentes deprauantur, & ex alijs eiusdem scripture locis, & ex sanctorum patrum sententia fideliter interpretentur. Sic enim fiet, ut dogmatum peruersitas, quæ falsa interpretatione nitebatur, catholica ueritate, & rectæ interpretationis

tionis
Ne q
audi
re p
Ne
qua
& f
Ne q
ficles,
& pig
quam
Sed p
Dom
sept
rum
repe
car
pecc
ligen
tis e.
lum,
In p
in eas
pecca
Ne q
signa
Ne in
Eccl
Ne E

tionis pondere corruat.

*Ne quid ambiguum, ancepsue loquantur, quod auditoribus uarie intelligendi occasionem prae-
bere possit.*

*Neue concise, & obscure quidquam exponant;
qua ex re auditorum animi expectatione incerti,
& suspensi relinquuntur.*

*Ne ostentandae doctrinae & eloquentiae causa, dif-
ficiles, atque inanes quaestiones, fucum orationis,
& pigmenta conquirant, unde sui ipsius potius,
quam Iesu Christi praedicatores esse uideantur.*

*Sed praecipue in Euangelij, Symboli, Orationis
Dominicae, Angelicae salutationis, Decem praec-
ceptorum, Sacramentorum Ecclesiae, & sacro-
rum rituum dilucida explicatione uersentur. In
reprehendendis uitiis ita se gerant, ut pietatis &
caritatis studio eos adductos, non hominum, sed
peccatorum odio id facere omnes intelligant. Di-
ligentes, ac uehementes sint in ijs uitiis & pecca-
tis exagitandis, in quibus magis uolutatum popu-
lum, aut ad ea procliuiorem uident.*

*In prauas etiam consuetudines inuehantur. Et
in eas, quae & si male non uidentur, tamen facile
peccandi causam afferunt.*

*Ne quemquam nominatim, aut tacite illum de-
signantes, insectentur.*

*Ne in ordinem ullum, statum, aut uitae genus ab
Ecclesia receptum, inuehantur.*

*Ne Episcopos, aliosue Prelatos, neue ciuiles magi-
stratus*

1. Tim. 2.

stratus cum auditorum offensione asperius obiurgent; sed pie potius admoneant. Populumq. doceant, propositis suis, etiam discolis, obedire. Quem etiam sapissime moneant ex Apostoli sententia, ut faciat obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, qui in sublimitate constituti sunt, praesertim uero pro ijs, qui peruigilant, quasi rationem pro animabus eorum reddituri; ut quietam, & tranquillam uitam gerant in omni pietate & castitate.

Ita afficere studeant auditores, ut sua peccata dolenter defleant; quos interdum, propositis supplicijs aeterni ignis, a flagitijs & facinoribus deterreant; interdum commemoratis caelestis uitae premijs, ad uirtutes, in primis uero ad Dei, & proximi amorem accendant.

Decreta concily Tridentini, praesertim quae ad mores & disciplinam christianam restituendam pertinent, & has nostras constitutiones populo studiosius inculcent.

Omnes hortatu & praecipis ad pietatem erudiant; et quae cuiusque sit propria uirtus, quod officium patris, filij, uiri, uxoris, domini, serui, laici, clerici, priuati, magistratus, omnium denique aetatum, generum, ordinum partes & munera assidue commemorent.

Hanc praeterea rationem habeant, ut non solum Dei & Ecclesiae praecipia seruanda esse doceant; sed

sed m
te ser
Com
sed e
uita
Doc
poris
sis reb
ad con
Maxi
tatu a
cum a
Indul
su Ep
Non
dent
attu
tur,
sia;
eam
de, a
impea
Sacr
tempo
Dum
ra, a
E
diti, p
pre

sed modum illis tradant, quo ea ex Dei uoluntate seruare oporteat.

Commoneant, ut non solum praeceptis seruandis, sed etiam consiliis amplectendis, ad perfectiorem uitam in dies magis contendere studeant.

Doceant, quo modo utendum sit bonis animi, corporis, & externis: Quoue modo secundis & aduersis rebus; ut ea sit illis, tamquam instrumenta, ad consequendam uitam caelestem.

Maxime uero caueant, ne quod praeceptis & hortatu edificant; id uita & moribus destruant; ne cum aliis praedicauerint, ipsi reprobi efficiantur. Indulgentias populo ne publicent, nisi de consensu Episcopi.

Neminem populo paupertatis nomine commendent; nisi is testimonium ab Episcopo scriptum attulerit. Neque ei inter concionem permittatur, ut eleemosinam a quoquam petat in ecclesia; sed aut ad fores ecclesiae stet, aut per eos, qui eam curam susceperint, id negotium ita commode, ac celeriter agatur, ut minime concionem impediatur.

Sacra concio noctu numquam, sed opportuno tempore, Episcopi praescripto, habeatur.

Dum habetur, nec Missae aut horae canonicae clara, aut submissa uoce in ea ecclesia dicantur.

E P I S C O P I iis diebus quibus legitime impediti, praedicandi munus in suis ecclesiis per alios praestabunt, eisdem sacris concionibus, quantum poterunt,

terunt,

terunt, interesse studebunt. Qui uero dignitates, personatus, uel canonicatus in cathedrali ecclesia obtinent, & alij eiusdem ecclesia clerici, dominicis, ac festis solemnibus diebus semper; Quadragesima autem & Aduentus tempore quam sepius uerbi Dei conciones in eadem ecclesia audiant. quod officium a ceteris quoque ciuitatis clericis præstari diligenter curabunt Episcopi; ut ipsorum exemplo laici etiam ad audiendum Dei uerbum studiosius confluant.

Concionis audiende causa, loca uirorum & mulierum, si fieri potest, Episcopi cura distinguantur, qui ad id exequendum idoneos aliquot uiros adhibeat; & a secularibus magistratibus, si opus erit, auxilium petat.

Quæ seruanda sunt in sacris imaginibus effingendis.

Sess. 25. in
dec. de in-
uoc. Sancto-
rum.

CVM sacrosancta Tridentina synodus decreuerit, nemini licere ullo in loco, uel ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, uel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit; eiusq. diligentia & cura commendarit, ut in sacris effingendis imaginibus nihil falsum, nihil profanum, nihil inhonestum, nihil præpostere, nihil non recte atque ordine adhiberetur; illud in primis caueant Episcopi, ne quid pingatur, aut scalpatur, quod ueritati scripturarum, traditionum, aut ecclesiasticarum historiarum

for
eius
H
pro
sed
fing
Da
por
spica
toryp
cora;
tur; n
Hac
pra
uoc
em
in
inco
publ
quer
rum
Paro
rit in
diffic
Quo
era ob
modi
antur
uorum

istoriarum aduersetur : ne cuius lectio prohibetur ,
eius imago populo proponatur .

Historie quoque , quibus neque Ecclesia , neque
probatu scriptoris auctoritatem ullam dederunt ;
sed sola uulgi uana opinione commendantur , ef-
fingi prohibeantur .

Deinde uniuscuiusque imaginis os , corpus , cor-
poris habitum & statum , ornatum , & locum in-
spiciendum curent Episcopi ; ut hec omnia ad pro-
torypi dignitatem & sanctitatem apta sint & de-
cora ; atque ex imaginis inspectione pietas excite-
tur ; nulla uero turpis cogitationis detur occasio .

Hec & reliqua huiusmodi ex Tridentini concilij
prescripto , ut commodius Episcopi exequantur , con-
uocent suarum dicecesum pictores & sculptores ;
omnesq. pariter doceant , a quibus cauere debeant
in sacris imaginibus effingendis : curentq. ne illi
inconsulto parocho , aliquam sacram imaginem
publice , uel priuatim effingant . Quod si qui deli-
querint , puniantur tam ipsi artifices , quam ij , quo-
rum sumptibus , uel iussu effictæ erunt imagines .

Parochi uero Episcopo significent , quæ ille indica-
rit in sacris imaginibus effingendis ad se propter
difficultatem deferri debere .

Quod si quæ iam pictæ imagines , fictæue simula-
cra ob artificum temeritatem , aut inscitiam , eius-
modi fortasse fuerint , ut ferenda nullo modo uide-
antur ; ea curent Episcopi , doctorum etiam & peri-
torum uirorum consilio adhibito , ut omnino delean-
tur ,

zur, uel saltem aliqua ratione corrigantur.

De actionibus & repræsentationibus Sacris.

QVONIAM pie introducta consuetudo repræsentandi populo uenerandam Christi Domini passionem, et gloriosa martyrum certamina, aliorumq. Sanctorum res gestas, hominum peruersitate eo deducta est, ut multis offensionibus, multis etiam risui, & despectui sit; ideo statuimus.

Ut deinceps Saluatoris passio nec in sacro, nec in profano loco agatur; sed docte & grauitate eatenus a concionatoribus exponatur, ut, qui sunt uberes concionum fructus, pietatem & lacrymas commoueat auditoribus. quod adiuuabit proposita crucifixi Saluatoris imago, ceteriq. pijs actus externi, quos Ecclesie probatos esse Episcopus iudicabit. Item Sanctorum martyria & actiones ne agantur; sed ita pie narrentur, ut auditores ad eorum imitationem, uenerationem, & inuocationem excitentur.

De sanctarum reliquiarum ueneratione.

VT Sanctorum Reliquiis, quæ debetur, ueneratio & cultus adhibeatur, statuimus; ut in locis honestissimis, ac decoris uasculis, quæ debent, religione asseruentur.

Cum populo pietatis causa ostenduntur, lumina accendantur.

Ex

Ex loculis uero & receptaculis, ubi condita sunt, ne educantur.

Ne temere exponantur omnium oculis.

Neue questus gratia.

Cetera etiam de Reliquijs, qua a sacra Tridentina synodo decreta sunt, Episcopus inuiolata seruari iubeat.

De magicis artibus, ueneficijs diuinationibusque prohibitis.

MAGOS & maleficos, qui se ligaturis, nodis, characteribus, uerbis occultis mentes hominum perturbare, morbos inducere uel expellere, corporum figuram & constitutionem immutare, uentis, tempestati, aeri ac mari incantationibus imperare posse sibi persuadent; aut alijs pollicentur; ceterosq. omnes, qui quouis artis magicae, & ueneficij genere pactiones, & foedera expresse, uel tacite cum demonibus faciunt; Episcopi acriter puniant; & e societate fidelium exterminent.

Deinde omnem diuinationem ex aere, aqua, terra, igne, ex inanimatis, ex unguium, & lineamentorum corporis inspectione, ex sortibus, somnijs, mortuis, alijsq. rebus, quibus per demonum significationem, incerta pro certis affirmantur, futura praedicere, furta, thesauros absconditos demonstrare se posse profitentur: & huius generis reliqua, per que curiosorum et imperitorum hominum mentes facile decipiuntur, coerceant, & eijciant.

B In

Ex

In eos etiam, qui huiusmodi diuinatorēs, sortilegos, coniectores, ariolos, & cuiusuis generis magos de aliqua re consuluerint; uel, ut consulerentur, cuique auctores, adiutores, hortatoresue fuerint, uel eis fidem habuerint; seuerē animaduertant.

Si quis etiam annulos, uel aliud ad magicos, uel supersticiosos usus fecerit, aut uendiderit; graui pœna afficiatur.

Astrologi, qui ex Solis, Luna, & aliorum astrorum motu, figura, & aspectu, de hominum actiōnibus, quæ a libero uoluntatis arbitrio proficiscuntur, certo aliquid euenturum affirmant, grauib; pœnis plectantur. quæ pœna etiam ad eos pertineant, qui ad illos de huiusmodi rebus detulerint.

Denique pœnas sumant Episcopi de ys omnibus, qui in itineris suceptione, aut cuiusuis rei institutione, uel progressionē dies, tempora, & momenta obseruantes, quadrupedum uoces, auium garritum, aut uolatum notantes, ex occurſu etiam hominum, uel pecudum, suscipiendi operis felicitatem augurantur.

De blasphemia.

BLASPHEMIAE impudentiæ, & impietatis eoprolapsa est, ut in ea coercenda uix satis diligentie adhiberi posse uideatur. itaque sacris canonibus, & Pontificum decretis, maxime uero ys, quæ Leo Decimus in Lateranensi concilio decreuit,

sess. 9. tit.
de reſor. cu
ria.

xit, innixi, hæc mandamus .

Vt quicumque Deo palam, seu publice maledixerit, contumeliosisq. aut obscænis uerbis Dominum nostrum Iesum Christum, uel gloriosam Virginem Mariam, eius matrem, expresse blasphemauerit; si clericus sit, primum fructibus unius anni beneficiorum ecclesiasticorum, quaecumque habuerit, mulctetur. Si iterum in eo peccarit, eo beneficio, quod habet, priuetur, & si plura obtineat, eo priuetur, quo Ordinarius priuandum censuerit. Si tertio blasphemarit, dignitates ac beneficia omnia, quaecumque habuerit, eo ipso amittat; ad eaq. deinceps retinenda, aut obtinenda inhabilis sit. Si uero laicus fuerit; primum, aut etiam secundo, pecunia mulctetur, ex præscripta in eodem concilio ratione. Tertio grauem penitentiam publice agat, eo modo, quo a sacris canonibus præscriptum est.

Qui uero Sanctos blasphemarit, aut in Deum & gloriosam Virginem Matrem maledicta, non tamen palam aut publice, contulerit, mitius aliquanto iudicis arbitrio puniatur.

In foro autem conscientie, ei qui blasphemiam reus fuerit, grauem pro modo culpa pœnitentiam confessor imponat.

Qui blasphemantem audierit, si possit sine periculo, asperius obiurget; omnino autem intra triduum eius nomen ad iudicem ecclesiasticum, uel secularem deferat. Si plures simul audierint,

B 2 *singuli*

singuli idem faciant; nisi inter eos conuenerit, ut unus pro omnibus eo fungatur officio. Quod si domini, mercatores, aut artifices, famulos, aut ministros audierint blasphemantes, semel monitos, si iterum in eo genere peccarint, domo eijciant.

Principes autem et Magistratus per Dei gloriam, qua blasphemia maxime uiolatur, obsecramus, ut hæc omnia diligentissime seruari studeant, uberriam pia cura a Deo mercedem expectantes, præter decem annorum indulgentiam, quam Leo Decimus in eodem Lateranensi concilio & ipsis, & iudicibus, & deferentibus elargitus est. Quod si seculares iudices, quod minime futurum speramus, blasphemie conuictos, iustis pœnis non affecerint; sciant iisdem pœnis, quas de fontibus sumere neglexerunt, ex eodem concilio se teneri.

Sess. 9. tit.
de ref. curiz.

De festorum dierum culti.

MAXIMAM in eo diligentiam ac studium Episcopi ponere debent, ut dies festi pie, sancteque obseruentur ab omnibus. cum enim ij potissimum ad celebrandas Dei & Sanctorum laudes salutariter instituti sint; curandum est etiam diligenter, ut ne ijs ipsis quisquam ad diuinam offensionem & animæ suæ perniciem abutatur.

*Prohibeant igitur ij, ne illiberales artes exercean-
tur; aut ullum opus fiat eo tempore alienum.*

*Ne quid ematur, aut uendatur, præter id, quod ad uictum illius diei, uel ad ægrotorum curationem
necessarium*

necessarium sit .

Ne officina, aut omnino, aut aliqua ex parte, aperta habeantur .

Ne fiant nundinae, sed quae festo die fieri consueverint, in antecedentem, uel sequentem diem, qui festus non sit, transferantur .


Qui secus fecerit, seuerè plectatur Episcopi arbitratu . Pro officinis apertis, rebus uenditis, si filius, famulus, ministri, deliquerint; etiam pater, dominus, & artifex, poenam subeant .

Iis etiam diebus, studebunt Episcopi, ne personati homines incedant .

Ne ludi equestres, certamina, aut alia ludicra & inania spectacula adhibeantur .


Chorea, saltationes in urbibus, suburbijs, oppidis, uicis, aut usquam omnino ne agantur .

Doceant uero populum, debere unumquemque, eo potissimum tempore, in diuinis officijs & concionibus audiendis frequentem esse; ac in precibus, recolendisq. Dei maximis beneficijs, assidue uersari .



CONSTITUTIONVM PARS SECVNDA.

DE IIS, QVAE AD SACRA-
mentorum administrationem genera-
tim pertinent.



QVO maior & uberior est sacramen-
torum fructus, quam ut eius vis ex-
plicari facile possit; eo diligentius
& intima animi pietate, & exter-
no cultu ac ueneratione tractanda, ac percipien-
da sunt. quod officium ut omni studio & opera no-
stra adiuuemus, praeter ea, quae ad saluarem hanc
rationem constituit sacra Tridentina synodus,
quae & Episcopi, & parochi inuiolate seruare de-
bebunt; nonnulla etiam ad tollenda incommoda
& abusus, quos in prouincia nostra hominum uel
culpa, uel negligentia in sacramentorum admini-
strationem

stra
E
pos
sum
non
difi
den
subl
rum
ficiat
Q
sui po
alibi
rem
ad
par
inu
II
tua
Illis
sij,
guera
eccle
bus;
subm
toris
Quo
tura e
adice

strationem inuenerat, statuenda duximus.

PRIMUM autem magnopere hortamur Episcopos, quorum diœceses inter se implicata & confuse sunt, ut communi uoluntate, atque sententia rationem inire studeant, qua explicari & commodius distingui possint; adhibita etiam, si opus erit, prudentia ac diligentia uicinioris Episcopi, ut, amice sublatis impedimentis, negotium de communi eorum sententia, sedis Apostolicæ auctoritate, conficiatur.

QUAE parochiales ecclesie partem habent sui populi extra mœnia urbium, uel oppidorum, uel alibi; quo fiat, ut parochus, præsertim nocturno tempore, illis hominibus sacramenta commode administrare non possit; in illis Episcopi aut eam partem commodiori parochia uniant; aut etiam, inuitis rectoribus, ex constitutione Alexandri III. & decreto concilij Tridentini, nouas constituant parochias.

Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt ecclesijs, recenter erectis, præficiendi, congruens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus, ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus; & si necesse erit, compellant populum ad ea subministranda, quæ sufficiant ad uitam noui rectoris sustentandam.

Quod præterea Tridentina eadem synodo decretum est, ut ecclesiarum rectoribus tot sacerdotes adiungantur, quot & ad sacramenta parochia-

B 4 nis

Cap. ad audientiam, de eccl. x. dif. & re. par. sess. 21. c. 4.

nis administranda, et ad diuinum cultum satis esse possint; id Episcopi omni diligentia exequantur. Parochiarum distinctio, que familijs, non certis finibus, facta est; & parochis ad sacramentorum administrationem, & populo ad illorum susceptionem magnum incommodum afferre solet. quare Episcopi, sublata intra sex menses diuisione parochiarum, per familias facta, eas certis limitibus, terminisq. describant.

CVM sacramenta Ecclesia non solum sine simonia labe, uerum etiam sine auaritiæ suspitione præbenda sint; caueant omnes, ne in eorum administratione quidquam exigant; aut etiam uerbis, uel signis, directe, uel indirecte petant. Qui secus fecerit, eum & pœnis, iure communi statutis, & alijs arbitrio Episcopi plecti uolumus.

STUDEANT Episcopi, ut in ecclesia sua cathedrali in sacramentorum administratione, in exorcismis fontium, & sponsoꝝ benedictionibus ritus & caremonia ex more sanctæ Romanæ Ecclesiæ adhibeantur.

Omnes uero inferiorum ecclesiarum, quacumque illæ sint, rectores in his omnibus ab obseruatione cathedralis ecclesiæ nulla ex parte discedant.

Sacerdotes in sacramentorum administratione semper superpellicium & stolam adhibeant.

EPISCOPI in administrandis sacramentis, illorum uim et usum, pro eorum, qui sumpserint, & adfuerint, intelligentia, diligenter explicabunt.

Idem

Idem
cent
rita
als
de
ma
ad
cipu
fes,
Eg
sacra
am
com
an
da
ma
bi,
ab
N
quor
dum
quod
sube

Idem quoque facient parochi ea ratione, ac sententia, quæ in Catechismo, Romæ edendo auctoritate S. mi D. N. præscribetur. Interim uero aliquo catholici scriptoris catechismo ab Episcopo deligendo utantur.

PAROCHI crebris cohortationibus in id maxime incumbant, ut populus, sibi commissus, ad Confessionem et Communionem frequenter, præcipue autem in Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac aliis solemnitatibus accedat.

Egrotos uero, etiam non uocati, inuisant, ut ad sacramentorum susceptionem inducant; & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant.

SI parochi ad aliam ecclesiam transierint, antequam a priore migrent, successoribus libros tradant, in quibus eorum, qui baptizati, confirmati, matrimonio iuncti fuerint, nomina describi, infra iubemus. Qui secus fecerit, grauissime ab Ordinario puniatur.

Quæ pertinent ad baptismi administrationem.

NEMINI liceat quemquam intra domesticos parietes baptizare; sed natum infantem ij, quorum est ea cura, ante nonum diem ad suscipiendum baptismum in ecclesiam deferendum curent. quod si neglexerint, excommunicationis poenam subeant.

Permissa

Permissa est tamen, si instet periculum, facultas baptizandi in priuatis adibus sacerdoti, uel, si is absit, alteri sacris initiato; uel si non adfuerit, laicis, primo mari, aut demum fœminæ; qui recte nouerint ueram baptismi formam, Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. quibus uerbis nihil prorsus ab ipsis addendum, uel detrahendum esse, crebro populum suum parochus admoneat.

Quod si domi baptizatus postea uixerit; omnino intra nonum ab ortu diem, uel cum primum perualeat uadinem licuerit, cum in ecclesia sistant, ubi si rectam baptismi formam seruatam esse constiterit, ei tantum ritus, ac ceremonie baptismi adhibeantur.

FIDELES in baptizandis filiis eos potius eligant compatres, qui eorum animæ consulere, quam qui inopia subuenire possint. Cuius officii sepius eos parochus admonebit. Curabitque, ut compatres tales deligantur, qui fidei & morum ratione suscipiendo muneri satisfacere possint.

Caueant uero parochi, ne excommunicatos, uel eos, qui eo anno, Pasche tempore, ex precepto ecclesie peccata confessi non fuerint; & sanctissimam Eucharistiam non sumpserint; admittant ad leuandum baptizatum de sacro fonte.

SACERDOS baptizaturus, primum, quam actionem suscepturus sit, diligenter ipse animaduertat; & ad tanti muneris functionem sancte, graui-

grauis
Dein
isq.
dant
rari
tholi
rent
D
pizato
bus con
rius ut
hil inf
ibus
C
no m
nem
cleri
dicen
Cau
a laa
bapti
hoc a
renes
feri ca
Singu
beant
aqua
P
custodi

grauiterq. accedat.

Deinde compatres moneat, ut iocis omnibus, nugisq. semotis, pie ac religiose, quid agatur, attendant: intelligentes Christo filios spiritualiter generari; teneriq. se pro suo susceptionis officio, eos catholica fide, & probatis moribus instituere; si parentes id facere omiserint.

DETESTABILEM consuetudinem baptizatos infantes in altare collocandi, ut muneribus compatrum inde redimantur, Episcopi seuerius uindicabunt. Compatres, & commatres nihil infantibus, quos susceperunt, aut eorum parentibus, baptismi tempore, largiantur.

CVM oleum chris-matis consecratur; omnino intersint & qui dignitates seu personatus obtinent, & canonici, ac reliqui cathedralis ecclesie clerici; & quos ex aliis ecclesiis sua ciuitatis & diocesis Episcopus uocandos duxerit.

Caueant parochi, ne sacrum chrisma in baptismo a laicis attingatur. Neue linteola, quibus in baptizatis sacri chris-matis unctio extergitur, ad hoc asseruent, ut iis tangenda tradant, quos parentes baptizati sibi compatres, uel commatres fieri cupiunt.

Singule parochiales ecclesie singulos fontes habeant; in quibus diligenter toto anno seruetur aqua baptismalis, solemni ritu benedicta.

PAROCHVS librum habeat, diligenterq. custodiat; in quo baptizati parentum, & compa-

strum

trum nomen, cognomen, diemq. natiuitatis, ac baptismi, & an ex legitimis nuptiis procreatus sit. describat; & quotannis singulorum annorum scriptæ eius rationis exemplum det Episcopo, qui id fideliter asseruandum curabit.

MONEANT parochi puerperas, ut cum primum post patrem domo exierint, mox ad ecclesiam, Deo actura gratias, accedant, ubi benedictionem a parochio suscipiant.

Quæ pertinent ad Sacramenti confirmationis administrationem.

MINORI septennio confirmationis sacramentum nemini prabeatur.

PAROCHI in ecclesia ante denuncient tempus, quo sacrum chrisma ministrandum erit.

Eos, qui confirmandi sint, eius sacramenti vim ac uirtutem edoceant.

Susceptores in sacramento confirmationis, neque iis, quos susceperint, neque eorum parentibus quidquam omnino largiantur; ne cuiquam, quod aliquando commissum est, iterandi hoc sacramentum, quod nefas est, occasionem prabeat.

OMNEM diligentiam adhibeant Episcopi, ut, qua ratione commodius fieri poterit, parochi describant confirmatos, & compatres; seruat ceteris omnibus, quæ de libro baptizatis describendis præscriptimus.

Quæ

Quæ pertinent ad sacramentum sanctæ Eucharistiæ.

NEMO Paschæ tempore Eucharistiæ sumptionem ulla de causa differat .

Qui præstituto tempore non communicarint, eorum nomina parochus ad Episcopum, ad sex dies post octauam Paschæ, scripto deferat; expositis etiam causis, quas extra confessionem cognouerit; alioqui pœnas det Episcopi arbitrati.

In eos uero omnes Episcopus censuris, & aliis pœnis acriter animaduertat; iis exceptis, qui eiusdem parochi consilio iusta de causa sumptionem in aliud tempus produxerint .

Huic decreto ne fraus fieri possit; statuimus, ut si quis ex necessitate, uel alia iusta causa, ab Episcopo, uel proprio parochi comprobanda, extra parochiam suam dicto tempore Eucharistiam sumpserit; parochi suo de eo fidem faciat: sin minus, in eum agatur, ac si non communicasset .

PUBLICI concubinarij, fœneratores, ac blasphemj, & alij eiusmodi facinorosi homines semel ad pœnitentiam & Communionem admissi, si postea eos in eodem luto peccatorum herere cognitum fuerit, amplius ad sacram Communionem ne recipiantur; nisi postea eos uitam & mores re ipsa emendasse, parochi perspexerint .

EUCCHARISTIAE sacramentum, ubi pro ecclesiarum amplitudine commode fieri poterit,

Quæ

rit, maribus seorsum a sceminis ministretur.

Qui sumunt, ut ad Deum tali tempore accedentes decet, demisso habitu & humili uestitu, pœnitentiam & animi submissionem præsferant.

Sacerdos sanctissimam Eucharistiam iis, qui raro sumunt, non prius ministret, quam eos diligentius admonuerit, quanta reuerentia & humilitate ad tremendum illud sacramentum accedere debeant; quantaq. illis supplicia sint parata, qui indigne suscipiunt.

Adolescentibus, qui tunc primum Eucharistiam sumere uoluerint, parochus non præbeat; nisi eos ante aliquot dies examinarit; & de ui, & ratione sacramenti diligenter instruxerit.

Populo, postquam Eucharistiam sumpserit, uinum calice consecrato, uel alio uase, quod ad sacri calicis formam factum sit, ne præbeatur.

EPISCOPVS diligentissime curet, ut in cathedrali collegiatis, parochialibus, & aliis quibusuis ecclesiis, ubi sacrosancta Eucharistia custodi solet, uel debet, in maiori altari collocetur; nisi si necessaria, uel graui de causa aliud ei uideatur.

Ante ipsam semper lampas accensa colluceat. Tabernaculum, quo asseruatur, ornatum, & bene septum, ac munitum sit.

VX oratio, quam uocant *Quadragesima horarum*, coram sanctissimo Sacramento, quo frequenter uisus populus conuenire solet, qua pietate & religione instituta est, eadem retineatur, & propagetur,

pagetur, decernimus .

Ut Sacramentum in altari, decenter ornato, collocetur, quo tempore, uel letania cantentur; uel si temporis ratio patiatur, Missa celebretur; neque tamen extra ambitum templi sacra Eucharistia deferatur; nisi secus uideatur Episcopo.

Nemini autem eo, prater orantes custodes, huius orationis causa noctu conuenire liceat.

Interdiu autem mares, quantum fieri potest, separatim a feminis orent.

DIE festo corporis Christi Domini, cum sacrosancta Eucharistia in solempni supplicatione gestatur, si adfuerit Episcopus, is eo ferenda Eucharistiae officio fungatur; si non adfuerit, id munus exequatur solus is presbyter, qui secundum Episcopum pro eius loci consuetudine, honore ceteris praestat; nisi ex priuilegio, aut consuetudine ad alium presbyterum e a cura pertineat.

Ut Sanctissima Eucharistia ad agrotos summa cum religione deferatur; parochi populum saepissime hortentur, ut frequens semper prosequatur. Quamobrem etiam sodalitates Corporis Christi in parochijs instituant.

Cum uero deferenda erit, tum cum campanae sonitu praemoneant.

Lumina, tintinnabulum, & decorum uasculum, uelo etiam decenter contectum, ac praeterea, ubi fieri poterit, umbellam adhibeant.

Duas autem sacrae Eucharistiae particulas deferant;

rant; ne, eis ad ecclesiam redeuntibus, populus inane uasculum adoret.

Quæ pertinent ad celebrationem Missæ.

sess. 22. in
dec. de ob-
ser. & cuit.
in celeb.
Missæ.

PRÆCEPIT sacra Tridentina synodus, ut quacumque in Missæ celebrationem irrepserunt, a tanti sacrificij dignitate aliena, ea Episcopi tollere sedulo studeant. Quamobrem nos eiusdem concilij decretum exequentes, ut sanctissimum Missæ sacrificium, in qua, illa Deo patri placens hostia, Iesus Christus in odorem suauitatis offertur, singulari religione, ac pietate, & a sacerdotibus celebretur, & a populo colatur; hæc statuimus.

Episcopus nosse studeat omnes, qui in quauis ecclesia Missam celebrare, uel sacerdotem, qui celebret, exhibere debeant; cogatq. suo officio satisfacere.

NEMO clericus, uel laicus in suis secularibus ecclesiis, cappellis, uel Oratoriis, quamuis ab Ordinario probatis, etiam si iuris patronatus sint, quemquam secularem, uel regularem sacerdotem celebrare patiatur; qui scriptam celebrandi facultatem singulis sex mensibus renouandam, ab Episcopo non impetrarit.

Quod si quis onus recipiat ad tempus, uel perpetuo ibidem celebrandi, uel eisdem locis inseruendi; hunc non generatim, sed nominatim eorum locorum causa eiusmodi facultatem impetrare uolumus.

uolumus. Qui contra præscriptam rationem uel celebrarit, uel, ut celebretur, permiserit, grauiter puniatur.

Clericis alienæ diœcesis rei diuina faciendæ facultatem ne permittat Episcopus; nisi ostendant litteras testimoniales, seu dimissorias Ordinarij sui, duobus tantum mensibus ante, si in prouincia, si extra prouinciam in Italia, quatuor, sex uero, si extra Italiam datas; uel si eæ antiquiores sint, afferant etiam scriptum testimonium de uita, & moribus ab his Ordinarijs, in quorum diœcesi post illud tempus aliquandiu permanserint.

Sacerdotes, qui publice & notorie criminosi fuerint, a Missæ celebratione arceantur, nisi, emendata uita, sceleris maculam eluerint.

Facultates, cuicumque ab Episcopis ad hanc diem concessæ, plures Missas eodem die celebrandi, posthac irritæ ac nullæ sint.

Nemini sine facultate, ab Ordinario scriptis impetrata, in Oratorijs sodalitarum secularium, quas confraternitates uocant, alijsue ecclesijs, cappellis, aut Oratorijs secularibus, quæ parochialis ecclesiæ finibus continentur, Missam celebrare liceat dominicis & reliquis festis diebus; nisi absoluta concione, quæ inter Missam in parochiali ecclesia habebitur.

MISSAE nec ante auroram, nec post meridiem, nisi ex causa iure permissa celebrentur.

In ecclesijs, ubi plures Missæ celebrari solent, is or-

C do

Sess. 23. c.
16. Decr.
de reformat.

do seruetur, ut pro populi commoditate prima diluculo, reliquis deinceps debito interuallo distributis, postrema autem, quo tardius liceat, celebretur.

Quod si eodem tempore pluribus locis Missa celebranda sit, rationem ineant Episcopi, ne sacerdotes inter se, alius ab alio, perturbentur.

Dec. de ob
scr. & cuit.

NVLLVS sacerdos quemadmodum a Tridena synodo statutum est, in priuatis ædibus & omnino extra ecclesiam & oratoria, quæ diuino tantum cultui dicata, & a locorum Episcopis designata, ac uisitata sint, Missam celebret.

Oratoriorum autem ædificationem, aut usum, ne facile, sed magna de causa permittant ydem Episcopi.

In eis autem designandis, uel probandis, hæc seruent.

Ne sint in interiorum ædium partibus, in quibus domini, uel familia frequentius uersentur; sed comodo & honesto loco, a cubiculis, triclinijs, & ab aula separato, ad templi formam & regulam proprius accedant.

Nec ita angusta sint, ut qui Missam audierint, ad ostium, aut fenestram stare cogantur; aut denique ibi sacris interesse, ubi promiscue profanum aliquod exerceatur; quod fieri omnino prohibemus.

Cui autem id permissum fuerit, is eo rarius utatur; ne distracti homines illa commoditate, ecclesiam Dei minus frequentent; quod exemplo
etiam

etiam noceat alijs .

ORNAMENTA & instrumenta altarium pro celebratione Missæ, pura ac munda sint; præsertim corporalia ac purificatoria. quamobrem etiam uino albo, ubi possit, tantummodo ad Missæ sacrificium sacerdotes utantur .

Calices ex metalli genere, iure permissio, adhibeantur, eoq. pretiosiori, quantum per facultates liquerit .

DIE sabbati semper Missa de beata Virgine celebretur; nisi diei solemnitas, uel ecclesiæ institutum interdum obstiterit; quo casu eius omnino commemoratio fiat; nisi & id ecclesiæ instituto impediatur .

Ne plures tribus, uel ad summum quinque, orationes, seu, ut uocant, collectæ dici possint; nisi ubi ecclesiæ institutum aliud postulet .

TOLLANT Episcopi sumptuosa conuiuia, ludos, choreas, & omne inanium oblectamentorum genus, ceterosq. omnes abusus, qui populi temeritate, aut sacerdotum auaritia in nouæ, ut uocant, Missæ celebrationem irrepsert, & in eos, qui in hoc genere aliquid peccarint, Episcopus grauiter animaduertat .

MAGISTER ceremoniarum cathedralis ecclesiæ eos, quibus prima Missa celebranda sit; & qui præterea sacerdotes minus perite celebrant, Missæ ritibus, ac ceremonijs instituat. qui si huic muneri obeundo unus par esse nõ poterit; alijs ido-

neis sacerdotibus Episcopus eas officij partes deleget. Neque cuiquam primam Missam celebrare liceat, qui ab ijs institutus non sit.

PRAECIPIMVS autem, ut sacerdotes in Missa celebratione caeremonias, a Romana ecclesia institutas, ad unguem seruent; neque alias adhibeant.

Ut ab omni indecoro & absurdo capitis, oris, & reliqui corporis motu abstineant.

Ut cum, elevatione peracta, sacra hostia mouenda, uel sumenda erit; ita moueant, ne iterum sustolli uideatur.

Ut praeter institutum ecclesiae Romanae ijs, quae secreto, uel quae palam dicuntur, quidquam addi, uel detrahi ne liceat.

Ut quae palam pronuncianda sunt, distincte & clara uoce dicant.

Ut secreta, quae uocantur, secreto etiam pronuncient.

Ut neque tardius, neque celerius, quam par sit, uerba proferant.

Ut propter erroris casum, qui in omni Missa parte grauis, in canone grauior, in ipsa uero consecratione grauissimus est; Missam legant; non memoreriter dicant, aut canant.

Ut operto capite celebrare ne audeant.

UT, quo puriores ad diuinam rem faciendam accedant, saltem singulis hebdomadis peccata sua confiteantur; nisi eos ob mortalis peccati culpam frequen-

frequentius id facere oportuerit .

Vt antequam celebrent , se colligant ; & orantes mentem in tanti ministerij cogitatione defigant . quod ut commodius fieri possit ; curent Episcopi , ut in singulis cathedralium , collegiatarum , & parochialium ecclesiarum sacristijs singula cellula ad hunc sacerdotum orandi , & meditandi usum instituantur .

Vt , antequam ad altare accedant , Missam perlegant , & singulas partes ita preparatas & notatas habeant , ut celebrantes neque errent , neque hereant .

Vt sacris uestibus induti , cum nemine colloquantur ; neque loquentibus dent aures ; mentemq. & oculos ab omnibus amoveant , quibus distrahi possint ; neque e sacristia exeant ; nisi cum ad altare eundum erit ; quod tum grauiter & modeste fiat .

Vt pileum , birretum , aut subbirretum , chirothecas , sudarium , aut quodcumque denique huius generis in altare ne ponant .

Vt ibi ne in mora sint sacrificio ; cuiusuis expectandi gratia . Neue ob eandem causam , Missa inchoata , subsistant , aut eius initium repetant . Neue , si parochi sint , cuiusquam gratiam , merue Missam anticipent , aut differant ; sed illam ea potissimum hora celebrent , que populo magis accommodata sit . Neue concionem , quam in ea habere debent , ullo modo omitant . Quod si forte quispiam

imperio quodam, aut contumelia, aut minis, aut u contenderit, ut sacerdos quidquam contra, quam hoc decreto sancitum est, faciat; si clericus sit, & beneficium obtineat, eo priuetur; si non habet beneficium, ne habere quidem ad quinquennium possit; si laicus, re ipsa iam tunc excommunicationis poenam subeat; neque ad decennium feudi, aut emphyteosis nomine quidquam ab ecclesia consequi possit. Ut, peracta Missa, pro summi beneficii munere Deo gratias agant.

Ne sacerdotes, cum in fine Missae fuerint, uel eorum ministri, recedant ab altari: Neue uasa, aut linteolos sacros colligant: Ne cuiquam rei tollenda, uel mouenda causa manus admoueant: Ne candelas restinguant: nisi absoluto Euangelio, quod post benedictionem dicitur.

CELEBRANTI sacerdoti unus saltem minister adsistat, isq. clericus, ubi possit, & talari ueste, & superpelliceo indutus.

Ministri candelas accendant, missale, et urceolos, & alia, quae ad Missae ministerium requiruntur, prius suis locis in altari collocent, quam eo sacerdos accedat: quem, nisi his omnibus preparatis, confessionem ordiri omnino prohibemus. Sacerdote rem diuinam faciente, ministri per ecclesiam ne uagentur; neue dent operam collocationibus, aut candelis uenditandis; sed composito corpore, nullo gestu, modeste, ut debent, sacerdoti adsistentes inseruiant.

MONEAN

MONEANT parochi frequenter patres familias, ut filios & famulos, quos in bestiis pascendis occupant, saltē diebus festis Missæ iubeat interesse. Viduæ ob maritorum mortem, ad summum ne mens se amplius sint sine Missæ auditione. qua in re nulla ualeat excusatio cuiusuis consuetudinis, quam irritam decernimus. eas item Episcopi, etiam censuris ecclesiasticis, id facere cogant.

Parochi populum frequenter hortentur, ut in sua parochia festis diebus Missam audire ne omitant. Moneantq. eum diligenter, debere unumquemque, ut a sacra Tridentina synodo traditum est, in parochiam suam, ubi id fieri commode potest, conuenire ad audiendum uerbum Dei.

Sess. 24. c. 4.
Sess. 22. de
obseruan.
in celebr.
Missæ.

FIDELIS, cum Missæ inter sunt, eodem uestitu sint, quo in publicum prodire solent; & ita se componant, ut corporis habitu animi religionem præferant.

Ne in foribus ecclesiæ, uel extra subsistant, nisi necessitatis causa.

Aperto capite sint. Et quo tempore a sacerdote confessio dicitur, & grauiora Missæ mysteria peraguntur, sint flexis genibus.

Ne ita prope ad altare accedant, ut indecorum sit, & sacerdos perturbetur.

Ne prius discedant, quam sacerdos Euangelium, quod post benedictionem dicitur, absoluerit.

Quæ pertinent ad Sacramenti pæniten-
tiæ administrationem .

Cap. omnis
utriusque,
de pænit.
& remiss.

INNOCENTII Tertiij constitutionem, in gene-
rali concilio editam, qua sancitum est, ut fide-
les, saltem semel in anno, proprio parcho pecca-
ta sua confiteantur, inuiolate omnes seruent.

Cap. cum
infirmas.
eod.

SALVTAREM eiusdem Innocentij constitutio-
nem, eo item concilio latam, nos ad vsum reuocan-
tes, præcipimus, ut medici ad agros, in lecto ia-
centes, adducti, antequam illorum curam susci-
pian, eos plane moneant, ut idoneo confessori de
eorum peccatis confiteantur.

Quibus etiam denunciarent, se, nisi id quattridui
spatio ad summum præstiterint, eorum curationi
defuturos.

Parochum etiam curabunt certiozem fieri de eo,
qui in eius parochia morbo affectus teneatur; qui
pro sui officij munere, statim agrum conuenire, et
cum eo agere debet, ut per hoc sacramentum Deo
reconcilietur.

Iubemus autem medicos, excommunicationis pæ-
na iis proposita, quam iure ipso subeant, si se-
cius fecerint, transacto quattriduo ab illorum cu-
ratione omnino abstinere; nisi certo cognouerint,
eos, postquam in eam febrim, morbum ue incide-
runt, confessos esse; aut Episcopo, eiu, cui Episcopus
eius rei facultatem dederit, aliud ex iusta causa
uideatur.

Hortamur

Hortamur denique omnes, quos aliqua de agrotis cura attingat, ut nullam occasionem omittant inculcandi eis, quæ ad animæ salutem pertineant.

EPISCOPI in suis cathedralibus ecclesiis, Tridentini cōcilij auctoritate, penitentiarium intra tres menses instituunt cum unionæ præbendæ, quæ primo quoque tempore uacauerit, negligentes proxima prouinciali synodo prætermissi officij rationem reddent.

Sess. 24. c. 8

QUI parochialem ecclesiam non obtinent, etiam si regulares fuerint, confessiones ne audiant, quemadmodum statuit Tridentina synodus; nisi Episcopi scripto approbati fuerint. qui contra fecerit, excommunicationis pœnam subeat.

Sess. 23. c. 15.

In iis probandis hanc rationem habeant Episcopi, ut pijs, bene morati, docti, prudentes, patientes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum, quæ in confessione dicuntur; prouecta etiam ætate, præsertim illi, quibus confessiones mulierum erunt audiendæ.

In foribus sacristiæ cuius uis ecclesiæ, ubi confessiones audiri, & confessores plures esse solent, affigatur tabella, in qua nomina & cognomina confessorum approbatorum descripta sint.

Iubeat Episcopus clericos frequenter audire magistros, qui casus conscientiæ in monasteriis, uel ubi uis, eius iussu interpretentur.

Confessores omnes casus, summo Pontifici, & Episcopis quauis ratione reseruatos, scriptos apud se habeant;

habeant; ne quid per incuriam sibi facultatis assumant.

SACERDOTES, nisi ex causa necessaria, mulieres ante Solis ortum, uel post eius occasum, confitentes ne audiant.

Neue in cellis, sed publice in ecclesia, in sedibus, in quibus tabella omnino inter confitentem & confessorem interiecta sit. Huiusmodi autem sedes in ecclesiis ab iis, ad quos pertinet, constituendas Episcopi quam primum curabunt.

Nec sine causa necessaria in priuatis adibus cuiusquam maris, uel foeminae confessionem audiant.

Parochi saepe cohortentur, & moneant fideles, ne confessionem, quae Paschae tempore fieri debet, usque ad sanctam hebdomadam differant.

Caueant Curati, ne ijs temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, praecipue per octo dies ante Natalem Domini, & a Dominica Passionis usque ad Resurrectionis octauam, etiam alio ad funera, & alia sacra officia uocati, illud audiende confessionis munus in sua ecclesia sine causa necessaria praetermittant, aut ullo modo differant.

AD sacramentum poenitentiae, quo a peccatis liberamur, nemo sine debita preparatione accedat, ut in spiritu humilitatis, & amaritudine animae suae, non expectata confessoris interrogatione, ipse peccata sua confiteri possit; cuius tamen diligentia adiuuandus erit, ubi aliqua in parte deficiat.

cere

cere uidebitur .

CAVEANT confessores, ne ante debitam satisfactionem illos absoluant, quibus cum facultas ad sit aliena restituendi, uel legata, que ad pias causas facta sunt, persoluendi, illisque, ut id facerent, superiori confessione preceptum sit, prestare tamen neglexerunt exceptis iis, qui periculose egrotant, quos tamen moneant, ut, quod debent, quamprimum persoluant.

Et quia interdum in falsi testis manu est, ut non solum facultatibus homines, sed etiam existimatione ac uita spolientur; idcirco neminem absoluant, qui falsum testimonium in iudicio, alterius detrimento dixerit; nisi prius dato damno, quatenus id sarciri poterit, & uiolata illius existimationi satisfecerit.

Ne illum quidem absoluant, qui post publicum Episcopi monitum de indicandis rebus amissis, quid de iis sciat, non indicarit; nisi hoc officium ante persoluerit.

Iidem omni adhibita diligentia; conscientiam examinent singulorum, qui scenerantur, & qui iniquos contractus exercent; neque quemquam in his casibus absoluant; nisi debita restitutio, aut satisfactio ex canonum prescripto prius intercedat.

Ad eorum etiam criminum, que infra ordine adscribuntur, licentiam rescandam, prohibemus ne confessores quemquam, ullis iis criminibus alligatum, absoluant, nisi facultas eis ab Episcopo per-
missa

missa sit. cuius potestati, et eorum sacerdotum, quoe ipse ei muneri preposuerit, eiusmodi absolutionem, in sua cuique diocesi, reseruamus.

Raptores uirginum.

Qui moniales uiolarint.

Qui abortum procurarint.

Qui secundo, uel propinquiori cognationis gradu incestum admiserint.

Incendiarios, & qui damni, iniuriæue causa uites, uel arbores alienas inciderint.

Ecclesiam polluentes.

Homicidas uoluntarios.

Qui parentes percusserint.

Qui locis pijs in fantes exposuerint, cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint.

Cap. pœnā
infra de
pio. loc.
adminif.

Notarios, qui legata, ad pias causas facta, non denunciarent, ex nostri decreti præscripto.

Qui ad magicas artes, ueneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacrisue rebus abutuntur.

Qui stateras, mensuras, monetasue adulterarint, corruerintue.

CONFESSORES canones penitentiales bene nouerint; & de penitentia, quam cuique peccato præscripserunt, consistentes admoneant; ut tanto diligentius a peccatis cauere studeant, quanto in penitentijs canonum mitigandis benigniorem in se Ecclesiam experiuntur.

Idem,

Iidem, quemadmodum a sancta Tridentina synodo Sess. 24. c. 8.
iussu est, publice peccantibus publicam penitentiam
imponant; neque illud publicae penitentiae genus,
nisi data ab Episcopo facultate, secreta alia poena
commutare audeant.

De ieiunio.

SANCTA Tridentina synodus pastores om- Sess. 25. in
nes hortatur, atque obtestatur, ut omnem ad- dec. de dele
hibeant diligentiam ad fideles cohortandos, ut ea, etu ciboru.
qua ad domandam carnem conducunt, praesertim
ciborum delectum, & ieiunium omni studio ample-
ctantur itaque eius nos auctoritati, & sacrorum
canonum decretis innitentes, edicimus.

Ut omnes carne, ceterisque omnibus, quae a carne
trahunt originem, ut ovis, lacte, caseo, butyro,
& huiusmodi per totam Quadragesimam ab-
stineant.

Sciatisq. singulis Quadragesimae diebus, Domi-
nicis exceptis, ieiunij lege se obstrictos esse. sunt e-
nim illi quadraginta dies, quasi totius anni deci-
cima quedam, quae in oblatione ieiunij, pro fide-
lium omnium salute, Deo consecratur.

Ut per sacra quattuor anni tempora, uigilias Na-
talis Domini, Assumptionis beatissimae Virginis
Mariae, beatorum Apostolorum (exceptis Ioan-
nis Evangelistae, & Philippi & Iacobi uigiliis) ite-
diei festi omnium Sanctorum, Natiuitatis Ioannis
Baptistae, & beati Laurentij, ieiunium seruent.

Vi

Vi triduo etiam Rogationum post Ascensionem Domini, ex ueteri instituto, in Mediolanensi ecclesia ieiunium adhibeatur.

Edicimus præterea, ut in Prouincia nostra, proxima quarta feria post Quinquagesimam, omnes Quadragesimalis obseruantia initium faciant; præter ciuitatem Mediolanensem, easq. diœcesis partes, ubi ex Diui Ambrosii instituto diuina officia celebrantur.

Illorum uero damnamus ingluuiem, qui primis quinque Quadragesima diebus, Romana Ecclesia more institutis, Mediolanum se conferunt, patriæ ritum in ieiunio & ciborum abstinentia fugientes.

Caueant autem ieiunij cultores, ne, dum uetitis cibus abstinent, aliarum rerum delicias, luxuriãq. consecretur; immo uero moderato cibo & potu carnis uitia coerceant; ut liberi mentes ad cœlestium rerum amorem & contemplationem erigant; & ad pietatis opera expediti inueniantur.

Ab his autem omnibus eos excipimus, quos ugens necessitas, uel imbecilla ætas a ieiunii lege eximit; eos etiam, qui euidentis morbi, alteriusue iustæ causæ excusationem habent; sed horum iudicium Episcopo tantum, uel iis, quos ei muneri ipse præfecerit, scripto faciendum relinquimus; idque, quod ad morbum attinet, de medici consilio.

Quod autem ex diuinarum litterarum sententia, parum homini prodest, se per ieiunium cibo temperasse,

perasse, si animus in peccatis sit intemperans; idcirco fideles in ieiunio precipue studeant, ut, dum caro ab alimentis abstinet, mens pariter a culpa ieiunet; omnesq. in Dei laudibus, eleemosinis, aliisque piis officiis occupentur, hoc est enim ieiunium, quod se Dominus Esaiæ ore delegisse testatur.

Esa. 68.

Quæ pertinent ad extremæ unctionis administrationem.

EXTREME unctionis sacramentum ^{cu}ret parochus, ut agroto, dum integris est sensibus, adhibeatur. Idem cum ad unguendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur; & hortetur, ut bono animo sit; & a curis ac desideriis huius vitæ ad cœlestis beatitudinis cogitationem ita erigat, ut abiecto mortis metu, se a Deo in eternam requiem uocari gaudeat.

Omnes uero, qui adsunt, moneat, ut preces Christo Domino pro eo faciant.

Quæ ad Sacramenti ordinis administrationem pertinent.

ACCURATE complexa est Tridentina ^{Sess. 23} synodus omnem diligentia rationem, quam in conferendis ordinibus adhibere debeant Episcopi, ut ecclesiæ idoneos sacerdotes, & alios ministros habeant. quamobrem eos tantum admonendos diximus, ut idem studiū in exequendo præstent; quod in præcipiendo adhibitum esse omnes intelligunt.

QVOD

QVOD a Tridentina synodo sancitum est, ne in conferendis ordinibus Episcopi & eorum ministri quidquam, etiam sponte, quauis de causa datum, accipiant; id & ipsi inuiolate seruent; & a suis cubiculariis, ceterisq. familiaribus seruandum curent.

ARCHIDIACONVS cuiusque cathedralis ecclesie, si ea ecclesia Archidiaconum habeat; si minus is, qui proximum post Episcopum in ea ecclesia dignitatis gradum obtinet, intra sex menses librum conficiat; in quo diligenter describat clericorum omnium secularium nomina, & quo quisque ordinis gradu sit, ac deinceps reliquorum tam secularium, quam regularium, qui clericatum, uel aliquem ex minoribus maioribusue sacris ordinibus assumpserit, locum etiam & tempus.

Quicumque uero posthac in nostra Prouincia a suo Episcopo, uel eius permissu ab alio, etiam extra prouinciam, in clericalem militiam adscriptus fuerit, uel altiore ordinis gradum ascenderit; ad mensem ex eo die, quo ordinem suscepit, nomen suum in clericorum librum referendum curet.

Eum autem librum idem diligenter custodiat; in quem quidquid singulis annis retulerit, id Episcopo describendum dabit; ut eius libri exemplum euan in Episcopalibus actibus asseruetur.

De seminario clericorum.

MANDATVM est a sacro Tridentino concilio provincialibus synodis, ut quamprimum in eam curam incumberent, ut seminarium clericorum, ubicumque id fieri posset, constitueretur, omniq. ratione propagaretur. quamobrem etiam illis facultatem dedit moderandi & augendi omnia & singula, quæ pijs & sancti huius operis institutionem & progressionem adiuuare possent.

Itaque nos prouinciæ nostræ statu, & ecclesiarum, ac beneficiorum genere diligenter considerato, duximus ad hanc rationem confugiendum esse, ut detrahamus, quemadmodum iam nunc detrahimus decimam partem fructuum cuiuslibet mensæ Episcopalis & Capituli, & quarumcumque dignitatum, personatum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratum cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, uel conditionis fuerint; etiam hospitalium, quæ dantur in titulum, uel administrationem, iuxta constitutionem concilij Viennensis; & beneficiorum quorumcumque, etiam regularium, etiam si iurispatronatus cuiuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diocesis, uel alijs ecclesijs, monasterijs, uel hospitalibus, & alijs quibusuis locis pijs, etiam exemptis annexa, & ex fabricis ecclesiarum & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque alijs ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus,

D etiam

Sess. 23. c.
18.

Cap. quia
contingit,
De religio-
sis domibus
&c.

etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen seminaria discipulorum, uel docentium, ad commune ecclesie bonum promouendum actu non habentur, hac enim exempta esse uolumus, praterquam ratione reddituum, qui superflui essent, ultra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, uel confraternitatum, quae in nonnullis locis scholae appellantur, et omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & milites cuiuscumque militiae, aut ordinis pertinentibus (fratribus sancti Ioannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis) eamque supra scriptorum fructuum decimam sic de tractam, seminariis singulis prouinciae nostrae diocesis erigendis, seu iam erectis, applicamus, & incorporamus.

Possessores autem huiusmodi beneficiorum ad eandem fructuum decimam non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsitan ex dictis fructibus soluant, retinendo tamen pro rata quidquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, omnino teneri uolumus, & mandamus eiusdem Tridentini concilii auctoritate; quibusuis, quo ad omnia & singula suprascripta, priuilegiis & exemptionibus, etiam si singularem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quae executionem non impediat, non obstantibus.

Hanc

Hanc autem fructuum decimam iuxta maiorem singulorum beneficiorum taxationem, quæ hæcenus facta reperiatur, exigi iubemus. quod si aliqua beneficia non reperiantur taxata; Episcopi de consilio eorum, qui sacre Tridentinæ synodi iussu ad id munus delecti fuerint, ea taxent.

Quam decimam duobus terminis intra sequentem annum M D L XVI, & deinceps singulis annis eodem modo solui uolumus. si quis huius anni taxationem a se impositam exigere cepisset, eandem exactionem prosequatur; deinceps uero hanc exigendi rationem, a nobis præscriptam, seruabit.

Præterea damus auctoritatem singulis prouinciæ nostræ Episcopis, ut de eorum, qui huic muneri præfecti erunt, consilio, & Metropolitanis scripto consensu, possint eam decimam augere, ac perducere usque ad decimam ueri annui redditus, & imminuere uel uniuerse uel sigillatim; atque ijs etiam beneficiis, quæ tenuiora fuerint, præsertim curatis, totam omnino exactionem remittere.

Decernimus item, ut Episcopi ex auctoritate eiusdem concilij Tridentini intra sex menses ecclesiastica aliquot simplicia beneficia, cuiuscumque qualitatis & dignitatis fuerint, uel etiam præstimonialia, uel præstimonialia portiones nuncupatas, etiam nondum uacantes, huic collegio, seu seminario applicent & incorporent, ea uidelicet, quæ illis seminario magis opportuna, & idonea uidebun-

D 2 tur

ur, sine tamen cultus diuini detrimento, & beneficia obtinentium praiudicio. Quod si Episcopi illorum beneficiorum fructus ad id pium opus non satis esse animaduuerint, dispiciant si qua alia sint, quæ seminario attribui possint. Deq. his Metropolitanum admoneant, qui, ut res ex sententia confici possit, a S.^{mo} D. N. opem implorandam, & eius auctoritatem interponendam curabit.

Hæc autem unio beneficiorum ex præscripta concilij Tridentini formula locum habeat, etiam si beneficia sint reseruata, uel affecta, nec per resignationes ipsorum beneficiorum uniones & applicationes suspendi uel impediri possint, sed omnino quacumque uacatione, etiam si in Curia effectum suum sortiatur, & quacumque constitutione non obstante; succedente uero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, uel aliter seminarium ipsum in totum, uel in partem dotatum reperiatur; tunc portio ex singulis beneficijs, ut supra, detracta & incorporata, ab Episcopo, prout res exegerit, in totum, uel pro parte ad ratam remittatur.

Quæ pertinent ad collationem
beneficiorum.

INTERDICIMVS & ys, qui ius habent conferendi quacumque beneficia ecclesiastica, seu eis prouidendi, aut ad ea eligendi, presentandi, uel nominandi, & eorum ministris cuiusuis generis, ne quidquam per quamuis causam eius rei gratia ab aliquo,

aliquo, cui ecclesiasticum beneficium quauis ratione tribuatur, ne sponte quidem datum, accipiant. Neue ita detur beneficium cuiquam, ut is ad nuntium eius, qui dederit, uel cuiusuis alterius, postea cedat.

Neue in eo dando ulla fructuum pars ab Episcopis & inferioribus, contra sacrorum canonum instituta, quauis etiam pietatis specie, reseruetur.

Qui ex ijs, quos diximus, secus fecerit; iure ac facultate eligendi, nominandi, uel presentandi, deinceps uti non possit.

Qui uero beneficium condicionibus eiusmodi acceperit; sciat ex sacrorum canonum decretis, se nullum in eo ius adeptum esse; atque ideo fructus suos non facere; quosue perceperit, sine conscientie labe retinere non posse; ad eorumque restitutionem compellatur.

Omnes item ij ceteras penas dent, simoniacis a sacris canonibus, & constitutione S. mi D. N. Pij IIII. constitutas; & quas Episcopi preterea de ijs sumendas iudicauerint.

Eandem Pij constitutionem Episcopi semper in diocesana synodo, ac bis quotannis in celebrioribus sue diocesis oppidis publice recitari iubeant.

NEMINEM autem uel presentatum, uel nominatum, uel electum, uel ab inferioribus prouisum, prius admittant, aut instituant Episcopi, quam infra scriptum iniurandum ab eo exegerint.

Ego N. presentatus, uel electus &c. ad benefici-

D 3 cium

Bulla de cō
fidentiis e-
dita 16. Cal.
Nouem. M
D LXIII.

*cium N. iuro per sacrosancta Dei Euangelia; quae
meis manibus tango, neque me beneficij obtinend
causa, aut ut ad id presentarer, uel nominarer
&c. neque quemquam alium meo nomine, aut con
sentiente uel sciente me, quidquam collatori, patro
no, seu alij cuiquam ea de causa promississe, aut de
disse, aut compensasse, aut prius datum confirmas
se, uel apud quemquam deposuisse.*

*Neque mutuo dedisse, uel locasse, uel prius mutuo
datum, commodatum, locatum, aut quocumque
modo debitum remisisse, aut relaxasse.*

*Nec de domibus, terris, praedijs, redditibus eius
ecclesia, fructibusue, decimis, aut oblationibus eius
dem praeteritis, praesentibus ac futuris, donatio
nem, remissionem, locationemue fecisse, promississe,
aut iniuisse; aut alium, mandate uel consentiente
me, promississe, fecisse, aut iniuisse. Ita me Deus ad
iuuet, & haec sancta Dei Euangelia.*

*NOTARIIS, scriptoribus, alijsq. Episcopi mi
nistris pro omnium opera, sumptu, ac labore, in con
ficiendis litteris, quibus beneficij collatio, confirma
tio, institutio, prouisio continetur, non plus duobus
aureis ad summum persoluatur.*

*EPISCOPI munus erit cauere, ne propter iu
ris patronatus occasionē plures aliquanto res, cui il
lud ius annexum est, uendatur, aut transferatur;
si qui uero nihilominus ita uendiderint, poenas con
tra simoniacos editas incurrant.*

*NE redimenda uexationis specie in causis be
neficiorum*

beneficiorum simoniaca pactioes intercedant; nemi-
ni licere uolumus, ad redimendam uexationem,
ne in casibus quidem iure permissis, pecuniam da-
re, quidquamue pacisci, aut transigere; nisi Epi-
scopi consensus accesserit: cuius partes erunt et per-
spicere diligenter, an subsit aliqua fraus; & ubi
rem fraude carere, & iure permissam esse cognoue-
rit; non denegare ei, qui petierit, facultatem se a
uexatione liberandi. qui contra, quam decretum a
nobis est, fecerit; Episcopi arbitrio plectatur; &
quod actum fuerit, irritum sit, ac nullum.

VT OMNIS ad simoniam aditus intercluda-
tur; statuimus, ut non solum auctores simoniae, sed
eius internuncij & interpretes, notarij etiam, qui
simoniaca instrumenta conficiunt, iisdem poenis te-
neantur, quibus addicti sunt ij, qui per simoniam
contraxerunt.

Iis etiam poenis comprehendi uolumus eos, qui
scientes inter eos, qui contrahunt, simoniacam pa-
ctioem intercedere, in eorum gratiam sua bene-
ficia obligant.

MONEMVS & obtestamur Episcopos, alios-
que, quibus est ius conferendi beneficia, ut familia-
ribus suis certam mercedem constituent; ne illi
hoc subsidio destituti, beneficia ecclesiastica, tam-
quam suae operae & laboris pretium, praecipue sibi
proponant. fraudari tamen ecclesias nolumus pro-
batorum hominum ministerio, si qui sint in eorum
familia, quorum doctrina & pietati utiliter sa-

trum munus committi possit .

Qui beneficium ecclesiasticum uacans multis & ambitiosis precibus per se uel per alios petierit ; eo facto ita reddatur indignus , ut per biennium in eum neque illud , neque aliud beneficium conferri possit .

Eandem pœnam illis proponimus , qui beneficia ecclesiastica , que nondum uacent , postularint , præter eas , que a sacris canonibus huic iniquitati constituta sunt .

De edicto proponendo in examine eorum , qui præficiendis sunt parochialibus ecclesiis .

Sess. 24. c.
18.

Q^{VI}A sacrum Tridentinum concilium ad prouinciales synodos illam cognitionem reiecit an expediat , ut ij , qui præficiendi sunt parochialibus ecclesiis , ad examen uocandi sint per edictum re diligenter considerata , statuimus , ut cum primum Episcopus parochialem ecclesiam uacare cognouerit ; intra triduum ad cathedralis , & uacantis ecclesie ianuam publicum edictum per totos decem dies , uel aliud longius tempus , eiusdem Episcopi arbitrio , propositum esse iubeat ; quo omnes inuitentur , qui uolent examinari , uel alios examinandos nominare ; ut transacto præstituto tempore , examen confici possit ; ac deinde orbatogregi ex ea formula , que in dicto concilio præscripta est , idoneus rector præficiatur .

De

De examine & inquisitione in promouendis
ad cathedrales ecclesias .

QUONIAM statuit sancta Tridentina synodus, ut in provinciali synodo forma examinis ; seu inquisitionis , aut instructionis natalium , uitæ , ætatis , doctrine , atque aliarum omnium qualitatum , quas sacri canones , & ipsa Tridentina synodus in promouendo ad Episcopatum postulant , præscribatur ; nos hanc formulam S. mi D. N. arbitrio comprobendam , proponimus .

sess. 24. c. 1.

CUM examen de aliquo ad Episcopatum provincie nostræ promouendo , faciendum erit , Episcopus , in cuius diœcesi maiorem eius anni partem uersatus fuerit , mandato a summo Pontifice accepto , ex quinque probatis & doctis ac iuratis , omniq. exceptione maioribus testibus , de eius fide , uita & moribus cognoscat in hunc modum .

An sit bonæ existimationis .

An heresis nomine , aut schismatis suspectus sit .

An hereticorum libros legerit , habeatue .

An cum hereticis uersatus fuerit , aut eis aliquo modo fauerit .

An statuto Ecclesie tempore confiteatur , & Eucharistiam sumat , ac Missæ intersit .

An sacris ordinibus sit initiatus , et quampridem .

An sit criminofus , uel uitio aut infamia notatus .

An cum aliquo inimicitias gerat capitales , & præsertim in loco Episcopatus .

An

De

*An filios habeat non legitimos, & cuius etatis
& quot.*

An familiam suam prudenter et catholice regat.

An bigamus.

An excommunicatus aut suspensus.

An apostata.

An ei publica penitentia imposita fuerit.

An aliquando insanierit, aut a demone uexatus fuerit.

DE natalibus uero, etate, gradu, & corporis habitu, a duobus uel tribus testibus fide dignis, uel ex instrumentis publicis hoc modo cognoscat.

An legitimo matrimonio natus sit.

An heretici filius, neposue sit.

An trigesimum annum confecerit.

An in uniuersitate studiorum magister siue doctor, aut licentiatu in sacra theologia, uel iure canonico, merito sit promotus, aut publico alicuius academiae testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.

Et si regularis fuerit, an a superioribus sua religionis similem fidem habeat.

An aliquo uitio, uel insigni deformitate corporis, & in qua parte laboret.

An comitiali morbo tentetur.

DE doctrina autem sic periculum faciat.

Adhibitis tribus theologiae, totidemq. iuris pontificij peritis, quos, si ibi non fuerint, ex uicinioribus locis accersat, promouendum undecumque

euocatum

euocatum interroget .

Quid differat inter sacramenta ueteris & nouæ legis .

Quot sint ecclesiæ sacramenta , & quo modo singula nominentur .

Quæ sit eorum materia , forma , minister .

Quod officium presbyteri , diaconi , & subdiaconi ; quodue minorum ordinum .

Quæ præcepta diuina , quæue consilia Euangelica .

Duos item locos ei proponet interpretandos , alterum ueteris , alterum noui testamenti ; a mane ad uesperam dato spatium cogitandi .

Quibus interpretatis , percunctantibus etiam aliquid de iure pontificio , ita respondebit , ut etiam si theologus sit , tamen se iuris canonici in iis , quæ ad Episcopi munus pertineant , non omnino rudem esse ostendat .

His confectis , ex formula præscripta a S. mo D. N. coram eodem Episcopo fidei professionem faciat .

QVOD si promouendus in pluribus ciuitatibus uel diocæsesibus proximum triennium moratus fuerit ; eius fidem , uitam & mores illi etiam Episcopi , in quorum locis sex menses manserit , a summo Pontifice admoniti , uel ab eo , qui processum confecerit , rogati , suo testimonio comprobent , idq. scriptum ad eundem mittant , a quo processus confectus sit .

Is uero acta hæc omnia in publicum instrumentum relata ,

relata, ad sanctissimum Romanum Pontificem,
obsignata quamprimum mutat.

De uita & honestate Episcoporum
& clericorum.

sess. 25. c. 1.

Eph. 4.

PIE ac sapienter sancta Tridentina synodus,
duce Spiritu sancto, Ecclesie utilitati consu-
luit, cum Episcopis & reliquo clericorum ordini
certas officiorum uias, rationesq. prescripsit; qui-
bus intelligerent, se, cum in Dei militiam adscri-
pti sunt, non ad commoditates, aut uoluptates,
sed ad labores, ac sollicitudines uocatos esse; & in
iis numerari, quos dedit Deus, quosdam quidem
Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero
Euangelistas, alios autem Pastores & doctores
ad consumationem sanctorum, in opus ministerij,
in edificationem Corporis Christi. quare ipsis di-
ligentissime prouidendum est, ne a recta uiuendi
uia & ab officij sui ratione deflectant; neue quid-
quam preferant, quod non simplex, castum, in-
tegrumq. sit; ut modestie, frugalitatis, benignita-
tis, & que nos Deo tantopere commendat, sancte
humilitatis, ac uirtutum omnium ceteris exempla
prebeant. est enim uberrima docendi, ac pascen-
di ratio eorum, qui pietatem, quam profitentur,
uita integritate et innocentia comprobant; & que-
cumque uerbis alios docent, ea factis exprimunt
suis; non iam que sua sunt querentes, sed que Ie-
su Christi. Id autem cum omnium clericorum pro-
fessio

fessio requirat, tum maxime Episcoporum digni-
 tas postulat, qui cum sint mundi lumina, religio-
 nis ac pietatis exemplo ceteris præluce debent;
 neque committere, ut ulla in parte Dei lucem, in
 ipsis collocatam, propriis tenebris obscurare ui-
 deantur. qua in cogitatione obeundi sui muneris,
 illam Episcopi perfectam imaginem, digito Dei ab
 Apostolo descriptam, assidue sibi proponunt; Opor-
 tet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium,
 prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, do-
 ctorem, non uinolentum, non percussorem, sed mo-
 destum, non litigiosum, non cupidum, sed domui
 sue bene prepositum. Hæc autem clericorum, ma-
 ximeq. Episcoporum studia & officia, si reliquo-
 rum oculis, auribusq. obuersabuntur; profecto ef-
 ficient, ut illi glorificantes Patrem, qui in cælis est,
 magis etiam uitæ exemplis, quam doctrinæ præ-
 ceptis ad imitationem uirtutis incitentur. Itaque
 nos, qui eo consilio huc conuenimus, ut quæ a sacra
 Tridentina synodo sancita sunt, exequentes, pro-
 uincia nostra mores ad optimam christianæ religio-
 nis disciplinam conformaremus; ecclesiasticis ho-
 minibus certas recte, pieq. uiuendi formulas con-
 stituimus; quas, partim a sacra Tridentina syno-
 nosum matim expositas, latius explicauimus; par-
 tim haustus ex ueterum canonum fontibus, eius-
 dem concilij auctoritate reuocauimus ad usum, uti-
 litatemq. nostrorum hominum, nonnullis etiam
 additis, quæ maxime ad huius temporis statum,
 ratio-

2. Tim. 3.

sess. 22. c. 14

De frequenti diuini sacrificii oblatione.

Heb. 5.

CVM Pontifices, ut inquit Apostolus, ex hominibus assumpti, pro hominibus constituantur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerant dona & sacrificia pro peccatis; Episcopus Dominicis & reliquis festis diebus, nisi iure impediatur, Missam celebret.

sess. 23. c.
24.

TRIDENTINI etiam concily auctoritatem sequenti, præcipimus sacerdotibus reliquis, cuiuscumque gradus, condicionis & dignitatis illi sint, ut iisdem diebus Missam celebrare ne omittant. Curatis uero; ut præterea ter in hebdomada, an eo etiam sæpius, quo uel loci consuetudo, uel necessitas crebriorem diuini sacrificii usum postulabit.

Ceteris etiam clericis; ut singulis mensibus, diaconi quidem & subdiaconi bis saltem; qui uero in minoribus ordinibus, aut etiam clerici tantum sunt; semel sacram Eucharistiam sumant. Qui sine necessaria causa id facere omiserint; parochus eos sui officii admoneat; & nisi paruerint, ad Episcopum deferat.

De dignitate ab Episcopo retinenda.

ALIENVM est ualde ab Episcopali dignitate; si Episcopi in consuetudine Principum se se deprimant, & abiiciant.

Ne

Ne
Ne e
bus
Ne
exc
De
den
cepi
Prim
mem
& u
tur
quat
cui
ma
bia

E
ritat
liaq
Non
Vng
confe
Su a
Ne n
nan

Ne igitur Principibus accumbentibus stent ipsi .
 Ne eo quidem nomine , quod , sumpto a Principi-
 bus cibo , Deo gratias agere debeant .

Neque inter Missam , pacem , aut missale illis
 exosculandum prabeant .

Denique seruent cetera omnia , qua illis sacra Tri Sess. 25. c.
 dentina synodus ea de re grauissimo decreto pra- 17.
 cepit .

Principes autem summo studio cohortamur , ut
 meminerint Episcopos eos duces esse , quorum cura
 & uigilantia fideles ad caelorum regnum dirigun-
 tur . quamobrem eos , quo debent honore , profe-
 quantur .

QVI clericus Episcopo , uel alij Superiori
 cuiusuis generis , quem reuereri , & colere debet ,
 maledixerit ; Episcopus in eum ex sacris canonibus
 animaduertat .

De Episcopi uestitu .

EPISCOPVS non profano ornatu , aut ap-
 paratu , sed fidei & uita splendore sibi aucto-
 ritatem querere debet .

Itaque in uestitu sericum non adhibeat .

Non pretiosis pellibus utatur .

Vnguenta ne sumat , neue alias odorum suauitates
 consecetur .

Sit annulo Episcopali contentus .

Ne mule , aut equo Episcopali stragulum & or-
 namentum ex uilluto , aut serico , sed ex corio fa-
 ctum ,

clum, aut lana adhibebit.

Ephippiis, aut calcaribus, aut frenis inauratis non utetur,

Cap. Clerici,
de uirg.
& honest.
cleric.

Lis eam tunicam, quam rochetum appellant, ex decreto Innocentii III. in concilio generali, in ecclesia & in publico habeat.

Sine talari tunica, qua ad collum adstricta sit, ac moxeta, neque e cubiculo exeat; neque quemquam, nisi ex familia, admittat; neque eum uestitum ante noctem, uel nisi dimissis omnibus, deponat.

Vestes, quibus priuatim utetur, tales omnino sint, ut modestia & grauitati consulatur.

In itinere quoque tam in diocesi, quam extra, eum uestitum habeat, ex quo illum esse Episcopum appareat.

De Episcopi suppellectili.

IN eius suppellectili nihil aureum, aut argenteum sit, prater leuissima, ac tenuissima quedam instrumenta, ad cibum ori admouendum comparata.

Nihil auro, argentoue ornatum.

Nihil sericum, aut serico distinctum.

Non colorum uarietas.

Non aulea, aut tapetia.

Nihil acu pictum.

Nihil uarie textum.

Nihil studiosius elaboratum.

Den

Denique non pluris sit artificium & manupretium, quam rei necessitas postulet.

Simplici tantum corio, aut panno mensas aliaue sternere liceat.

Signa & tabulas profanarum rerum reijciat.

In adibus duo tantum loca uestiri possint, quae attributa sint Episcopo, alter eius ualitudinis causa, alter eorum gratia, qui ad Episcopum conueniunt.

Liceat etiam & hospitum gratia, qui accipiendi sunt, habere necessarios apparatus, non tamen diuersi generis, nec maioris pretij, quam eos, qui ad ipsius usum conceduntur, ita ut in omnibus humilitas, & modestia Episcopalis eluceat.

Equos ne alat, nisi necessarios.

Domesticam omnem luxuriam, in aedificijs extruendis magnificentiam, picturas & inania ornamenta, ac delicias excludat.

Caueat denique, ne quid in eius domo appareat; quod non simplex, ac purum sit, quod non Dei Zelum, & omnium inanium rerum contemptionem testetur.

Cum in iis, quae ad priuatum usum, cultumq. requiruntur, eam moderationem adhibuerit, ut sordes & superuacaneum sumptum fugerit; omnem operam, & artificij splendorem ad publicum Dei templorum cultum & ornamentum conferat.

De Episcopi mensa.

ACCVMBENS Episcopus mensæ benedicat.
Et quam decet frugalitatem & temperantiam adhibeat.

In ea præter primam escam, & unum iurulentum cibum, alterum lacticinium, & duo fructuum genera, unum aut alterum, uel, ut aliquid consuetudini, & hospitum stomacho indulgeamus, tertium ad summum simplicis obsonij ferculum tantum ei apponi liceat, etiam quorumuis hospitum causa. Bellaria, placentæ, omniaq. saccaro artificiose condita, ceteraq. escarum lenocinia, exquisita etiam uinorum genera prohibentur.

Adhibeatur uero in eius mensa lectio sacrorum librorum; ut conuiuia non solum corporis cibo, sed etiam epulis animæ recreari possint.

Parasiti, sanniones, scurriles ioci, & maledicta non admittantur.

Quemadmodum autem benedictio cibi caput, sic actio gratiarum clausula esse debet; ut Dei laudes, sicuti par est, usquequaque celebrentur, & omnia eius benignitati accepta referantur.

De Episcopi familia.

EPISCOPVS domui ac familie suæ bene præsit; curetq. ut honestas, decorumq. seruetur tam in intimis, quam in externis. qui enim domum suam regere nescit, nec Dei ecclesiam recte gubernabit.

Fami-

Fam
clef
Eui
qua
cle
ri
xij
mij
rum
tena
nis
eccl
qua
lut
ba
pr
ca
ne
tu
riel
do
bus
tam
Calc
No
aut
neri
D

Familia numerus is tantummodo sit, quo simul ecclesie utilitati, & Episcopi necessitati consulatur. Eum autem vehementer hortamur, ut in familia, quam plurimos possit, habeat clericos, qui non nisi clericali uestitu utantur, & in illis, si commode fieri possit, minimum duos sacris initiatos, & bonae existimationis; qui uigilantem, orantem, in opera misericordiae incumbentem, ac diuinarum literarum mysteria scrutantem Episcopum studiosius attendant; eiusque actionum & sanctae conuersationis quasi testes sint, & imitatores. Habeat deinde ecclesiasticam personam, spectatam & probatam, quae praefecta sit moribus familiae, ac de omnium salute sollicita; spiritualem curam sustineat; eamque bonis & piis artibus, ac litteris, praesertim sacris, pro cuiusque sensu & intelligentia, erudiendam curet.

FAMILIARES eius arma ne ferant, nisi in itinere, uel necessitatis causa, idque Episcopi arbitratur. Sericum, aurum & argentum, colorumque uarietatem omnino excludentes, nigrum tantummodo uel fuscum colorem in uestibus adhibeant. quibus scissis, aut praetextis, ad elegantiam non utantur.

Calcei inaniter non incidantur.

Non sint turgidae caligae, non uirgatae, non sectae, aut acupictae; sed simplices, & unius coloris ac generis.

Denique talis sit domesticorum omnium uestitus,

E 2 ut

ut ex eo etiam appareat, illos esse ministros ministrorum Dei.

De Canonicis horis non intermittendis.

℞. 9. c. 9.

MALITIAE, ac negligentia clericorum, qui, quas debent canonicas horas dicere, omitunt, occurrere cupientes, ex decreto Leonis X. in Lateranensi concilio, mandamus; ut clericus quicumque curatum, uel sine cura ecclesiasticum obtinens beneficium, si post sex menses ab eo die, quo illud obtinuerit, sine iusti impedimenti causa diuinum officium nō dixerit; beneficiorum fructus suos non faciat; sed eos, tamquam iniuste perceptos, in eius ecclesie fabricam, uel pauperum elemosynas erogare debeat. Si uero, canonicè admonitus, in eadem negligentia ac malitia perstiterit, beneficium priuetur. Officium autem omittere, ut beneficium priuari possit, is iure dicatur, qui quindecim dierum spatio his illud omiserit. Que pœna ab ijs, qui plura obtinent beneficia, toties repetenda est, quoties huius delicti conuicti fuerint, quamquam illud grauius est, quod eos omissi officij rationem Deo reddere oportet. Qui uero, sacris initiati, beneficium ecclesiasticum non habent; si diuinū prætermiserint officium, præter graue peccatum, quod committunt, grauius etiam ab Episcopis in eos animaduertatur.

Qui

Qui libri potissimum a clericis legendi.

CLERICI postquam decimum quartum annum attigerint, ut legem Domini, in cuius sorte sunt, dies noctesq. meditari possint; habeant sacrorum librorum si non copiam, certe necessarium delectum; omnino uero Testamentum uetus, & nouum, Catechismum Romæ edendum, cum primum in lucem prodierit, sacrum Tridentinum concilium, Constitutiones has nostras, & diocesanas proprii Episcopi, Calendarium festorum dierum, quod Episcopi in sua diœcesi singulis annis edendum curabunt.

Parochi uero, ut ecclesiasticos ritus cognoscere, riteq. curam animarum ministrare possint, præter eos libros, quos supra diximus, sibi etiam comparent Homiliarium, ab Episcopo eligendum, Summam Antoninam, uel aliam ab Episcopo delectam, & quos præterea ab eis legi Episcopus iusserit. Hortamur autem, ut in lectione Pastoralis sancti Gregori, & sancti Ioannis Chrysoſtomi de sacerdotio assidue uersentur.

De clericorum uestitu & reliqua uitæ moderatione.

EPISCOPI ex sacri Tridentini concilij aucto-
ritate per edictum, ad mensem ab eis proponendum, moneant omnes, & quascumque ecclesiasticas personas, quæ aut sacris initiatæ sint, aut digni

E 3 tates

Sess. 14. c. 6.

tates, personatus, officia, beneficiaue qualiacumque ecclesiastica, etiam simplicia, obtineant, etiam si studij causa absint, & in gymnasijs publicis, aut ubiuis locorum sint; ut qui in prouincia manent, ad duos menses, qui uero extra prouincia fines, ij ad quattuor clericalem habitum sumant, ordini suo ac dignitati congruentem; hac constituta pœna, ne qui non paruerint, si in sacris ordinibus sunt, ab omni ordinum suorum munere sint suspensi, & beneficiorum suorum omnibus anni unius fructibus iure ipso priuati sint; quos Episcopus pijs locis arbitrio suo attribuet.

Si autem beneficium ecclesiasticum nullum obtinent; alias pœnas luant, Episcopi iudicio.

Si qui autem post mensem, transacto tempore, in edicto ad clericalem habitum sumendum prescripto, eum uel non suscepisse, uel susceptum abiicisse conuicti fuerint; officijs ac beneficijs ecclesiasticis priuentur; & seuerè præterea ab Episcopo puniantur.

PRESBYTERI, diaconi, subdiaconi, ceteriq. clerici clericali tonsura sint insigniti, ad eam formam quam ratio uniuscuiusque ordinis, Episcopi arbitrio, postulat.

Ita sint abraaso capillo, ut tonsura conspicua sit omnibus.

Comam uero, & barbam ne studiosè nutriant; capillis simplicem cultum adhibeant.

Barba ab superiore labro ita recidatur, ut pili in sacrificio

sacrificio Missæ, Christi Domini corpus & sanguinem sumentem non impediant.

NE in habitu clericali aut studiosius exquisita cultus elegantia, aut nimis abiecta negligentia, & affectata sordes appareant.

In omni uestitu color tantum niger adhibeatur; nisi fortasse alium colorem requirat dignitatis gradus. Omnem habitus & ornamenti nouitatem clerici fugiant.

Ne serico uestimento, aut ornamento domi aut foris utantur.

Iubemus uero illos laneum, & ei ordini decorum, uestimentum adhibere.

Reticulum, aut subbirretum, ut vocant, ne ferant, nisi ualetudinis causa, & sine redimiculis. Camisas ad collum, & ad manus crispas & rugosas, uel artificio elaboratas, reijciant.

Collare, quod dicunt, simplex, ac modice latum, honeste reclinetur.

Externa uestis simplex ac talaris erit, que neq. a ceruicibus in tergum reflectatur; sed apto ad collum nodo, decentissime annexa sit.

Toga uero, quod mantelletum vocant, aut equeatur cum tunica longitudine; aut nemini permittatur; nisi sit ex numero Prælatorum, quibus ex dignitatis gradu, iudicio Episcopi, debeatur.

Interior eiusdem generis ad talos demittatur; quam tamen pro hominum genere, proq. loci natura ac condicione, Ordinariorum arbitrio, in ali

E 4 quibus

quibus moderandam relinquimus.

Pallium, quod Ferrarolum appellant, ne sumant, nisi per pluuias; tum uero nec a collo plus duobus digitis emineat; neque eo sine talari toga uel tunica utantur.

Veruntamen, si iter faciendum sit, illis uti liceat habitu contractiore, & ad iter accommodato, sed simplici, & in quo honestas & decorum ordinis eluceat.

Turgidis caligis & dissectis abstineant.

Calceos & crepidas ad elegantiam non incidant.

Torques, armillas, ac monilia respuant.

Annulum non induant, nisi quibus propter officij munus, aut honoris gradum sit iure concessus. quo loco, & unico, nec magni pretij, contenti sint.

QVAECVMQVE autem de Episcoporum mensa, eiusq. benedictione, & cibis, lectione, & gratiarum actione, suppellectili, auro, argento, & serico, cubiculorum apparatu, adificiorum magnificentia, superuacaneis sumptibus, priuata moderatione, templorum cultu & ornamento, familia cura, & institutione, eiusq. uestibus, eorumue modo, colore & ornamentis, equorum numero, & si qua alia decreta sunt, qua non sint Episcoporum tantum propria, eadem a clericis quibuscumque, cuiusuis condicionis, ordinis, & dignitatis sint, accurate seruari iubemus; etiam si in alienis adibus, aut cum propinquis habitent.

Meminerint autem in quibusdam, qua Episcopis permessa,

permissa, ipsis communia esse possunt, eo maiorem sibi moderationem adhibendam esse, quo dignitatis gradu Episcopis sunt inferiores.

SI quis personatus vestes clericales, aut monachales, uel ad eorum formam induerit; & is, qui eas assumpserit, & is, qui accommodarit, graues pœnas subeant.

De Clericalibus ædibus.

Q VONIAM non solum malum cauere, uerum etiam omnem mali suspensionem fugere oportet, ne in cuiusquam offensionem incurramus; in ædibus ad canonicorum, aliorumue clericorum domicilium & usum edificatis, aut aliis, in quibus ipsi habitant, feminas quascumque, etiam quouis sanguinis, cognationis, aut affinitatis uinculo eis coniunctas, habitare prohibemus; nisi Episcopus in alicuius urgenti necessitate, aliter faciendum esse duxerit; cuius conscientiam in hoc ualde oneramus.

NE parochi, aut omnino clerici, quauis etiam dignitate præditi, ecclesie, etiam si commendata sit, ædes, aut earum partes in urbe, aut in oppidis positas, in quibus ipsi habitare soleant, aut debeant, ullo modo laico locent; nisi ecclesia magnæ prematur inopia, & ea domus commode Episcopi iudicio diuidi possit.

Si uero ædes extra urbem & oppida ruri sitæ sint, locandi facultatem habeant; modo earum diuisio

sio

sio eiusdem Episcopi iudicio recte & commode fieri possit.

Caveat etiam Episcopus, ne in urbe, aut extra, huiusmodi ades, uel alia ab ecclesia seiuncta, uel etiam si patrimonij sint, ac propria, locentur iis, quorum fidem, uitam, moresue suspectos esse iudicauerit.

CANONICI cathedralium & collegiatarum ecclesiarum habitent in canonicalibus adibus, in quibus commode Episcopi iudicio, commorari possunt: qui inspectis adibus, si quid reparandum, instituendumue sit ad habitationis commoditatem pro modo fructuum praebendae, ab eo, qui canonicatum obtinet, reparari ac restituti iubeat. quo facto, curet, ut in illis adibus habitent. quibus si abesse, etiam iusta de causa contigerit; nemini praeterea, nisi canonicus sit, in eis habitandi facultas concedatur sine iussu Episcopi.

Quarum adium atrium, ubi claudi potest, una clauae concludatur; quae a Decano, uel alio, Episcopi & Capituli arbitrato asseruetur.

Quota autem hora atrii ianua aperiri, claudiuere debeat; quidq. ad honeste ibi uiuendum pro loci ratione requiratur, iudicium sit Episcopi.

Rectores parochialium, seu curatarum ecclesiarum, quicumque sint, in earum adibus tantum habitent, ibiq. cibum & somnum capiant; nisi aliud Episcopus censuerit ex causa necessaria.

Clerici ne de nocte post primam horam, nisi ex iusta

sta causa, & cum lumine, domo exeant.

De armis, ludis, spectaculis & eiusmodi,
a clerico uitandis .

CLERICORVM arma sunt orationes &
lacrymae. Idcirco edicimus, ne clerici armata
cuiusuis generis ad offensionem uel etiam ad defen-
sionem ferant, exceptis cultellis ad domesticum ui-
ta usum accommodatis; nisi forte extra ciuitatem
suspectis locis iter eis faciendum sit.

Quod si Episcopus probabili, iustaq. de causa id
eis permittendum indicauerit; tunc, scripto impe-
trata uenia, ipsis uti liceat; non tamen publice, ni-
si rei, aut facti necessitas postulet.

Omnino balista, hastis & sclopeto, telis, aliisq.
huius generis instrumentis, ipsis interdiciamus .

CLERICI personati non incedent.

Choreas priuatas, aut publicas non agent, nec spe-
ctabunt .

A uenatione abstinebunt .

Fabulis, comædiis & hastiludiis, aliisque profanis
& inanibus spectaculis non intererunt; ne aures et
oculi, sacris officiis addicti, ludicris & impuris
actionibus, sermonibusq. distracti, polluantur .

Clericalis ordinis hominibus omni genere saltatio-
nis, & ludi, praesertim uero alea & tesserarum ac-
talorum interdiciamus .

Prohibemus etiam globos, qui maleis ligneis im-
pelluntur; item follis ludum, id est, pila maioris .

Nec

Nec solum ludere uetamus, sed eos ludorum spectatores esse nolumus; aut quemquam ludentem in aedibus suis permittere.

Si autem ualeitudinis interdum causa, parua pila, aut alio non indecoro eiusmodi exercitationis genere uti contigerit; nec publice id faciant; nec pecunia intercedat in ludo; nec quidquam, quod facile pecunia aestimari possit.

Rom. 13.

NON in comessationibus & ebrietatibus, sed ut sobrie uiuamus, prædicat Apostolus. ideo clerici minus honestis conuiujs ne intersint, neue ad bibendum quemquam incitent.

Quod si interdum solemnibus festis diebus, uel cum sacrorum, aut exequiarum causa in unum congregantur, aliqui sint inuitandi; ne plures sex, & eos clericos, ad suam mensam adhibeant.

VT flagitij occasionem, que in cauponis & tabernis dæsse non solet, clericis adimamus; cauponarum aditu & usu eis omnino interdiciamus; nisi in itinere necessitatis causa. quo loco cum mulieribus ne discumbant.

Monemus autem Episcopos, & uehementer hortamur, ut in singulis eorum ciuitatibus curent parandum unum, aut alterum pudicum & honestum diuersorium, quo suarum diocesum clericis rusticanis necessitatis causa conuenire liceat; nec in eo hespitio improbis, aut nequam hominibus locus sit; neue fœminis ullo modo; sed tantum clerici, ac religiosi uiri, si fieri possit, in eo recipiantur.

D

De negotiis sæcularibus a clerico fugiendis.

QVI Dea militat, implicare se negotijs sæcularibus prohibetur; idcirco edicimus .

Ne clericus, sacris initiatus, aut ecclesiastico beneficio præditus, coram iudice sæculari, aduocati, aut procuratoris nomine causas agat; nisi ab alijs in iudicium uocatus, suam uel ecclesie sue, propinquorum etiam, si necesse erit, & miserabilium personarum causas, ab Episcopo facultate prius scripto concessa, tueatur.

Ne in prophanis negotiis officium tabellionatus exerceat .

Ne artem medendi faciat .

Ne in negotiationibus & mercaturis se interpretem & medium interponat .

Negotiationem etiam omnis generis omnino prohibemus .

Artes uero honestas concedimus, ut aliquid manibus suis lucretur, quo sibi, qua ad uictum necessaria sunt, comparare possit .

Ne aliena prædia lucri causa conducatur .

Ne aliorum tutelam aut curam suscipiat .

Ne pro alijs fideiubeat .

Ne alicuius Principis, aut alterius negotiorum procurator sit, sine facultate, ab Episcopo prius per litteras impetrata, singulis annis renouanda.

Neue, parum memor ordinis ac dignitatis, sua,

sit

fit in famulatu laicorum, etiam Principum, eorumue quibusuis aliis obsequiis; nisi cui ex causa, et ad officium, sacerdotali munere non indignum, Episcopus huius rei potestatem ante scripto fecerit. Huiusmodi autem licentia, scripto permissa, quotannis renouentur; alioquin irrita ac nulla sint. Neue praecursor, aut assecla seminarum, aut eis discumbentibus adsistat, aut ancilletur.

Qui autem huiusmodi secularia negotia exercendi facultatem, seu dispensationem impetrarit; intra duos menses Episcopo exhibeat. qui concessas ante sacri Tridentini concilij confirmationem auctoritate generalis Bullae Sancti D. N. Pij IIII. Pont. Max. non admittat.

QVAECVMQVE in hac uniuersa, qua ad uitam & honestatem clericorum pertinet, parte, uarijs titulis expressa praeccepta continentur; efficiat Episcopus, ut ea omnia ab omnibus, ad quos spectat, diligenter & inuiolate seruentur. Qui uero clericus, cuiusuis etiam gradus, ordinis, dignitatis, in aliqua re iis non obtemperarit; is aut saluari penitentia, aut pecunia, aut suspensione ab ordinum munere, & beneficiorum administratione, aut ipsis etiam beneficiis, aut carcere, aut exilio, aut pluribus simul ex iis poenis, aut etiam grauioribus pro modo culpae Episcopi arbitratu mulctetur. Qui iterum in eadem re peccarit; duplicata is poena pro ratione criminis ab eodem plectatur.

De

De residentia .

D E C R E V I T *sacra Tridentina synodus*, Sess. 23. c. 1.
ut ij, qui non legitime a suis ecclesiis abessent.
pro rata temporis absentia, ecclesiarum, quibus
praessent, fructus suos non facerent; sed ut in fa-
bricam ecclesiae, aut in pauperes loci erogarent.
quod si non exequerentur; statuit, ut eorum supe-
riores ecclesiastici, omittas ab illis huiusmodi of-
ficij partes ipsi susciperent.

Si qui igitur prouincia nostrae Episcopi post confir-
mationem concilii Tridentini, in ecclesiis suis,
ex eiusdem concilii praescripto, non resederunt;
neque Metropolitanum, aut eo absente, antiquio-
rem prouincia Episcopum intra mensem docuerint
causam suae absentiae, S. mi D. N. uel Metropoli-
tani, uel antiquioris Episcopi scripto comproba-
tam esse; aut se fructus illos, iis, quibus eiusdem
sacri concilii decreto propterea debebant, persoluis-
se; nos illam ipsam fructum partem iam nunc Ho-
spitali uniuscuiusque ciuitatis, cuius illi sint Epi-
scopi, quod maioribus prematur sumptibus, in u-
sum pauperum loci erogandam assignamus. & si
id Hospitali intra duos menses eos fructus auctori-
tate Superioris ecclesiastici non exegerit; alteri
Hospitali eiusdem ciuitatis, quod in eorundem fru-
ctuum petitione iudicio prauenerit. Quod si aut
nullum in ea sit hospitali, aut quae sint Hospitalia,
sex mensibus eos fructus non exegerint, fabrica ec-
clesiae

clesia attribuimus.

Si qui uero posthac ab fuerint, fructus, quos suos non fecerint, iam nunc eisdem locis, qua supra dictum est, ratione adscribimus; nisi ipsi Episcopi intra tres menses a die absentia iis, quibus ex concilii decreto debent, persoluerint.

Itaque mandamus Hospitalium & fabricarum administratoribus, ac procuratoribus, cum denunciatione etiam periculi eorum conscientia, ut totam summam sine ulla uel pactione, uel remissione primo quoque tempore exigant.

Statuimus etiam, ut ex Capitulo singularum cathedralium ecclesiarum tres primi presentes, singulis sex mensibus, Metropolitanum, uel, eo absente, eundem antiquiorem prouincia Episcopum certiores faciant, an eorum Episcopi in suis ecclesiis resideant; & qui, & quamdiu ab eis absuerint sin minus, iidem distributionum unius mensis fructus suos non faciant.

IN reliquis etiam inferioribus curatis beneficiis, si qui post confirmationem concilii absuerunt sine licentia, ab Ordinario scripto permissa, quam ad mensem eidem Ordinario exhibere uolumus, uel non probarint se eos fructus, quos pro rata temporis absentia suos non fecerunt iis, quibus ex eiusdem Tridentini concilii debebantur, soluisse; eos omnes iam nunc reficiendis & ornandis eorum ecclesiis attributos esse decernimus. quam attributionem Episcopi, quorum conscientia hoc

onus

entia
si op
om
Q
su
fu
et
rej
gen
Qu
qu
cu
Si
q
r
fe
n
Q
ne
de
P
duc
fene
fene
tate
lam
fune
nefu
edat

onus imponimus, ad sex menses, implorato etiam, si opus sit, Principum & Magistratum auxilio, omnino exequendam curabunt.

Quod si contigerit eos, qui propter absentiam a suis beneficiis fructus suos non fecerint, ipsis beneficiis postea cessisse; curent Episcopi, ut uel ex fructibus pensionum, si quæ illis, qui cesserint, fuerint reseruata; uel ex eorum bonis, cuiuscumque illa generis sint, satisfiat Ecclesiæ.

Qui, si in his negligentes fuerint, sciant se primæ quoque provinciali synodo prætermissi huius officii rationem reddituros esse.

Si quid intercesserit, quamobrem id minus exequi possint, ad Metropolitanum referant; ut ad rem conficiendam ipse quoque suam operam conferat; & in ea auctoritatem S. mi D. N. interponendam curet.

Quoniam uero multorum, beneficia curata obtinentium, ea est contumacia, ut neque decretis Tridentini concilii, neque constitutione S. mi D. N. Pij IIII. neque Episcoporum edictis moniti, adduci possint, ut beneficiorum suorum residentia præsentibus satisfaciant; statuimus, ut Episcopi, ad mensura edicto proposito iubeant omnes, in eorum ciuitatibus, diocesisibusue beneficium eiusmodi in titulum, uel commendam obtinent, si in provincia illi sunt, ad duos menses, si extra, ad tres, ad eadem beneficia accedere, in iisq. residere; ea proposita in edicto pœna, ut, qui non paruerint, etiam si præter

F curatum

Sess. 6. c. 1.
Sess. 23. c. 1.
adita vij.
calen. Decem-
br.
1564.

curatum illud beneficium, dignitates, personatus, aut canonicatus in ecclesijs etiam cathedralibus obtineant, prater poenas, quae eodem concilio et Pij IIII. constitutione contra non residentes proposita sunt, ordinum suorum munere, officio suspensi, & eo beneficio iure ipso priuati censeantur.

Transacto tempore in edicto praestituto, Episcopi eos, qui non resideant, propositam priuationis poenam subisse declarent.

Interim uero eos fructus, quos suos absentes non facient, iidem Episcopi suo arbitrato aut ecclesiarum fabricis, aut pauperibus loci adindigent.

INTRA mensem publice edicant Episcopi, ut quibuscumque studij causa non residendi in beneficijs curatis licentia permissa est; eam suo quisque Episcopo intra spatium trium mensium exhibeat. qui si illam a die confirmationis sacri concilij Tridentini ad diem regulae, a S. mo D. N. Pio IIII. latae compererit, nisi quemadmodum ab ipsa praescribitur, Ordinarij consensus accesserit, nullam & irritam declaret; proptereaque eum, qui huiusmodi facultatem impetrarit, ex decreto concilij Tridentini residere cogat in ipso beneficio.

In iis autem facultatibus absentiae studiorum causa, quae deinceps concedentur, haec necessario ponenda sunt.

Vt uere in publico, celebriq. gymnasio, Theologiae, uel sacris canonibus studeant.

Vt minores sint triginta annis, aut fuerint; cum in
publi-

Die. 24. No
uembr.
1564.

publ
per
Ut
ne
m
V
m
U
Et
ficer
lis
O
na
lit
m
di
si
ca
pr
Co
eo
Th
re
C
re
cilio
tra
iam
Fr

publico gymnasio iisdem studiis operam dare cō-
perunt, quæ nunc cupiunt absoluere.

Ut illud beneficium, antequam sacrum Tridenti-
num concilium a S.^{mo} D. N. Pio IIII. confir-
maretur, obtinuerint.

Vt intra annum, ad ordinem saltem subdiacona-
tus, promoveantur.

Ut singulis sex mensibus Episcopo scriptum sui Do-
ctoris exhibeant, quo is ipsos in eo studii genere pro-
ficere testetur. quod etiam Episcopus secreto ab a-
liis cognoscere studeat.

Quod si omnes supra scripta condiciones in licen-
tia expressæ non fuerint; aut is, qui impetrat, qua-
litates omnes, quæ in scripta licentia requiruntur,
non habeat; aut, quæ ipsi seruanda proponuntur,
deinceps non præstiterit; facultates irrita ac nulla
sint: & qui impetrarit, sciat se fructus suos non fe-
cisse, neque facere; ac panis, quæ non residentibus
proposita sunt, teneri.

Concedatur autem ad quinquennium tantum, ab
eo die numerandum, quo eum in publico gymnasio
Theologiæ aut sacris canonibus constet operam da-
re cœpisse.

QVICVMQVE, plures parochiales ecclesias
retinentes, intra tempus, a sacro Tridentino con-
cilio præstitutum, non dimiserunt; eos Episcopi in-
tra duos menses beneficiis omnibus ecclesiasticis
iam ipso iure priuatos esse declarent.

Fructus uero, & quos ex eodem decreto suos face-

F 2 re

sess. 24. c.
17.

re non potuerunt, & qui deinceps, quamdiu uacauerit ecclesia, percipientur, fabricæ uel ornamentis eorundem beneficiorum, uti magis expedire censuerit Episcopus, iam nunc attribuimus; excepta tamen congrua portione, idoneis Vicarijs ab Episcopo assignanda; quos ipse, facta declaratione, statim in illis ecclesys constituere debet.

Sess. 6. c. 2.
Sess. 24. c.
12.

PRAETEREA, qui ecclesiastica quacumque beneficia obtinent, in quibus, & si curata non sunt, tamen residere iure, uel consuetudine debent; si muneri suo defuerint, in eos Episcopi & illis pœnis, quæ a sacro Tridentino concilio statuta sunt, & aliis arbitrio suo seuerè agant; fructusque, quibus ex eodem concilio mulctandi erunt, pijs locis attribuant.

VT autem Episcopi pœnas de contumacibus in hoc genere possint sumere, statuimus, ut in singulis collegiatis & cathedralibus ecclesijs, singulis tribus mensibus, tres primi ex Capitulo presentes, Canonorum & eorum, qui prepositi ecclesijs, & aliorum, qui in eis huiusmodi beneficia possidentes, non resideant, nomina ad Episcopum deferant. Parochi uero Episcopum admoneant, si qui intra fines suæ parochiæ, eiusmodi habentes beneficia, quæ personalem item residentiam requirant, non resideant.

Vicarij etiam foranei eandem diligentiam adhibeant, si qui curati, in regione sibi ab Episcopo commissa, non resederint.

Qui

Qui huic officio decribit, sicuti Episcopo uidebitur, plectatur.

De diligentia ab Episcopo adhibenda in statu uniuscuiusque parochiæ cognoscendo.

SVMMAM uim ac necessitatem habet illa Domini sententia, Speculatorem dedi te domui Israel; & alio item loco, Diligenter agnosce uultum pecoris tui, & considera super greges tuos; ut Episcopi quanta maxima possunt, diligentia obseruent sibi commendatum gregem, neque ab eo umquam oculos deiciant, quid ei opus sit animaduertentes, ut, ex Prophetæ sententia, confractas partes alligare, infirmas consolidare, egrotas sanare, abiectas oues reducere, perditas requirere & recuperare possint. Ezech. 3.
Prou. 27.

Quoniam uero lustrare omnia proprijs oculis nequeunt, in singulis parochijs deligant certos, ac probatos uiros, qui inuestigent, an populus ambulet in uijs Domini; an aliquid sit, quod Episcopi cognitionem & medicinam desideret; an aliquid, quod corrigi & emandari debeat: quæq. compererint, fideliter ad Episcopum deferant. Ezech. 34.

PAROCHVS etiam librum habeat, in quo omnium, qui in eius parochia sunt, nomina & cognomina quamprimum describat, singulorumq. sexum, etatem, & statum. In eo deinceps describat & recenter natos, & mortuos, & in parochiam habita-

tum uenientes, & inde emigrantes. quem librum
Episcopo, quoties is petierit, uel inspiciendum, uel
describendum dabit.

Observabit etiam sua parochia novos inquilinos.
deq. eorum orthodoxa fide, & sacramentorum per
ceptione, deq. mulieribus, quas secum habuerint,
an matrimonij, cognationis, affinitatis uinculo ue
re coniuncta sint, an impudicitia nomine suspecta,
ab eo sacerdote, in cuius parochia proxime habita
rint, & a parochia incolis accurate cognoscet.

Inquirat autem studiose de pauperibus sua paro
chia, praesertim puellis nubilibus, de uiduis, orpha
nis, pupillis, aegrotis, senio confectis, alijsq. perso
nis temporali, uel etiam spiritali misericordia in
digentibus; quibus & ipse pro uiribus opitulari,
& alios suo exemplo & hortatu ad id officium inci
tare studeat.

Praecipue uero de ijs omnibus saepe certiore faciat
Episcopum, ut qui communis eorum pater est, iis
dem paternam curam & pietatem, quacumque po
terit ratione, praestet.

Quamobrem etiam Episcopus quotannis per sa
cra quattuor anni tempora sua ciuitatis parochos
adhibebit; & illis de eorum animarum statu, qua
rum cura praepositi sunt, diligenter interrogatis, o
mnia commemoret, quae eorum officij munus conti
neant; eisq. & doctoris diligentiam, & pastoris
uigilantiam praestabit.

De

De Vicariis foraneis constituendis.

VT Episcopus in urbe etiam externum gregem facilius quasi præsens intueri, & curare possit; deligat aliquod probatos sacerdotes: quibus singulis, imposito Vicarii foranei nomine, tribuat certas regiones diœcesis sue.

Id autem munus ad Archipresbyteros, Archidiaconos, qui in diœcesi sunt, & Praepositos, aliosue ecclesiastica dignitate præditos, quos idoneos iudicauerit, potissimum deferet; sin minus, ad alios Rectores, qui apti sint ad huiusmodi officium.

HI autem Vicarij regionis, sibi per Episcopum commisse, presbyteros cuiuscumque condicionis, curam animarum habentes, semel singulis mensibus modo in unam, modo in aliam eius regionis parochialem ecclesiam cogant. idq. in orbem eodem ordine semper faciant.

Pridie eius diei, quam in unum locum conueniant, peccata sua omnes confiteantur; sequenti die in ea ecclesia, in qua coacti fuerint, Missam singuli celebrent.

Tum uniuersi in choro Missam conuentualem pro mortuis, uel de sancto spiritu, solemniter cantent; in qua eorum aliquis, a Vicario prius admonitus, concionem ad populum habeat.

Confectis sacris, & habita processione circa cœmeterium, orationibusq. consuetis, in domo Rectoris illius ecclesie, unico tantum ferculo conten-

F 4 ti.

ti, ea, qua decet modestia, & charitate cibum capiant.

Deinde conferant inter se, qua ad boni pastoris officium, & ad curam animarum recte gerendam pertinent: & consulant de difficultatibus, et incommodis suae parochiae, quorum explicatio, uel remedium, aliorum consilium & operam requirat.

Iidem autem Vicarii libellum de casibus conscientiae, Episcopis ac sedi Apostolicae reseruatis, Metropolitanis cura edendum, reliquis sacerdotibus legent; & aliquot capita tum harum constitutionum, tum earum, qua in synodo dioecesana decernentur, simulq. quidpiam ex probata summa de casibus conscientiae explicabunt.

PRÆCIPVE autem de presbyterorum uita & moribus quarant, & quales se in pastorali præbeant cura.

An eorum culpa diuinus in ecclesia cultus desideretur.

An re ipsa præstentur ea, qua Episcopi, uel alij eorum nomine in ecclesiarum necessitatem, earumue reparationem impendi iusserint.

An libros habeant, quos ex decreto nostro habere debent.

An reliqua in hac synodo decreta seruentur.

De his omnibus, & si quid proprie mandarit Episcopus, deq. alijs, qua ad utilitatem, animarum Episcopi cognitionem desiderant, ipsum per litteras diligenter certiore faciant.

QVOTIES

QVOTIES in urbem uenerint, primum Episcopum adeant; deq. eorum statu, qui sibi commissi sunt, accurate doceant.

CVRATI uero quicumque, etiam si quauis dignitate praditi, in iis, que ad officium suum spectant, Vicariis, quos diximus, obtemperent.

Quod si aliqui ad conueniendum negligentes, uel ad mandata eorundem Vicariorum exequenda contumaces fuerint; Episcopi in illos pro modo culpe animaduertant.

HI autem Vicarij uoluntate Episcopi ab officio amoueri semper possint; ac si male id administrarint, poenas dent, eiusdem Episcopi iudicio.

De uisitatione.

INTER Episcopalis officij munera, precipua est, & ad salutem gregis maxime necessaria uisitatio. ideo monemus Episcopos omnes, ut singuli ex decreto sacri Tridentini concilii ecclesiam suam, ac diocesim uisitent intra tempus, ab eodem concilio praestitutum. Sess. 24. c. 3.

MEMINERINT autem uisitationem ad salutem eorum, qui uisitandi sunt; institutam esse. quamobrem illis maxime propositum esse debet, ut in eis incorruptam, orthodoxamq. doctrinam, probatam morum disciplinam tueantur, ac restituant.

VISITATIONIS ordo is adhibebitur, ut primum ciuitatem, deinde diocesim uisitent; nisi for-

re aliud Episcopo uideatur. In ciuitate cathedra-
lis ecclesia primo loco uisitetur; tum singula colle-
giata; deinceps parochiales omnes; quo & paro-
chi, & quicumque præterea sacerdotes & clerici
in parochiis commorantur, euocandi sunt. Scho-
las, seminaria, sodalitates, Hospitalia, ac ce-
tera pia loca uisitantes, studiose ac diligenter in-
spicient.

STUDEBUNT uerbi Dei prædicatione, uehe-
menti cohortatione, ad religionem; uitæ innocen-
tiam, pacemq. & concordiam omnes adhortari.
Si uero priuata admonitione opus esse intelligent,
in eam docendo, arguendo, obsecrando pro re. i
personæ, ac temporis ratione incumbent.

Confirmationis sacramentum, ubi opus erit, mi-
nistrabunt.

Omnes ad pœnitentiam cohortabuntur; & quos
aliquo peccato teneri cognouerint, cuius absolutio
Episcopo reseruata sit; eos pie confitentes, & hu-
militer ueniam petentes, uel ipsi, uel per alios, ad
id munus delectos, absoluent.

IN singulis locis a uiris etate, usu & probita-
te commendatis, de omnibus, subtiliter inquirent,
qua eos pro officij sui munere scire oportebit.

ECCLESIAM & eius partes omnes in-
spicient.

An eo cultu & nitore teneatur, qui domum Dei
debet; & si quid restituendum, reparandum, re-
concinnandumue sit; iubeant ab iis, ad quos per-
tinet,

tinet, resarciri.

An sanctorum reliquia, tuto, ornate, decenterq. condita asserventur.

An quæ de sepulchris, ac cœmeteriis a nobis sancta sunt, re ipsa præstentur.

Si consecranda sint altaria, consecrabunt.

Si qua ecclesia aut cœmeterium pollutum sit, reconciliabunt.

Videndum etiam, an desint uestes, libri, calices, patena, corporalia & reliqua eius generis instrumenta & ornamenta, quæ ad altaris ministerium & ad diuina officia sint necessaria.

An illa munda & purgata seruentur.

An Missæ, aliaq. diuina officia, quæ oportet pietate ac deuotione celebrentur.

An ecclesia libri, uetera scripta, instrumenta & priuilegia custodiantur.

An eorum extet ratio, quæ in inuentarium relata sunt.

TVM de dignitatibus, canonicis, & aliis ecclesie ministris quaerendum erit.

An rite sint ordinati.

An ordinibus initiati, quos eorum officij munus requirit.

An ecclesias, beneficia, seu ecclesiastica officia legitime obtineant.

An in ea se quisquam intruserit.

An resideant, & administrationi sacramentorũ, & Missarum, diuinorum officiorum celebrationi,

ni,

ni, & anniuersariorum persolutioni, alijsq: oneribus & muneribus satisfaciant.

Quae sit eorum uita, ac morum ratio; qui uestitus, quibuscum uersari soleant, qualis sit eorum familia.

An sordibus, et illiberalibus artibus, & ab eorum gradu alienis, operam dent.

An ecclesia iura, et bonorum ecclesiasticorum possessionem defendant.

An eorum fructus recte dispensent.

An pacem inter se habeant; se in aliorum pacificationem interponant, inimicitiarum & odiorum causas tollere studeant.

An populus pie uersetur in ecclesia; Missamq. & alia diuina officia reuerenter attendat.

IN parochiis praeter ea omnia, quae diximus, uideant. An parochi ex decreto, in hac synodo edito, libros habeant, in quibus baptizatorum, confirmatorum, compatrum, eorum, qui matrimonio coniunguntur, ac mortuorum nomina & cognomina describantur.

An rite sacramenta praebeantur.

An sacrosanctum Eucharistiae sacramentum, Chrisma, & reliqua sacra, ea munditiae cura, & custodia, qua debent, conseruentur, & suo tempore mutantur.

An Eucharistia pie & honorifice, prosequente fidelium comitatu, ad agrotos adferatur.

An legitime matrimonia, & in ecclesia, adhibi-

tis

is ex decreto Tridentini concilij denunciationibus, debito tempore contrahantur.

An sua cura commissas ecclesias, maxime diebus festis, deserant, ut inserviant alienis.

An Dei uerbum pradicent, & pueros rudimentis fidei instruant.

An libros, quos nos in hac synodo habendos prescripsimus, habeant.

DENIQUE dispicient, an in populo sint heretici. usurarii, concubinarij, aliq. flagitiosi & facinorosi homines, qui inimicitias gerant, qui Quadragesimam, alia ieiunia, festos dies, & reliquos ecclesie ritus non seruent; quiq. saltem semel in anno peccata sua confessi non sint, aut sanctam Eucharistiam non sumpserint.

An sint, qui legata pia non exequantur.

An domestica disciplina patrum familias in educandis liberis diligens, pia, & honesta sit.

HIS exquisitis, cognoscere studeant, quinam ex regularibus & pradicandi munere fungantur, & fidelium confessiones audiant; an & eorum probata sit doctrina; & probate doctrina uita respondeat.

AN Hospitalia, & alia pia loca recte administrantur; eorumq. bona prudenter, fideliterq. in eum usum, cui addicta sunt, distribuuntur.

An qui in Hospitalibus sunt, pie uiuant.

DE scholis, sciant quos libros discipulis magistri interpretentur; et an illi officio suo satisfaciant.

An

An magistri tales sint, & ita admissi, quemadmodum in hac synodo mandauimus. si secus, amoueantur.

DE bibliothecis diligenter quarant, an in eis sint heretici libri; aut qui aliter iure prohibeantur.

SI quid in his omnibus tollendum corrigendumue fuerit, tollent & corrigent: & ad puniendos delinquentes censuras et alia iuris remedia adhibebunt.

Omnes uero summo studio monebunt & hortabuntur, ut officij sibi commissi munus fideliter, ac diligenter exercent.

Neque solum hac, sed quacumque a Tridentino concilio & a nobis praecipuntur, & alia multa, quae pro eorum prudentia, ac pietate ad utilitatem ac salutem populorum, eis in mentem uenire poterunt, exquirent & exequentur.

SECS. 24. C. 3. CAVEANT uero, ne legem de uictu, procuratione, & muneribus a sacro Tridentino concilio definitam transeant.

Comitatum autem non habeant nisi necessarium; in quo plures omnino ne sint quindecim hominibus & iumentis duodecim. Si plures duxerint, alant suis sumptibus. In mensa duo tantum fercula afferre liceat. quod ad reliqua attinet, decretum, in hac synodo factum, de Episcopalis mensae moderatione seruetur.

SI Visitator gradu inferior sit Episcopo, propositam a nobis uisitandi formulam in reliquis omnibus

omnibus diligenter obseruet; in comitatuq. octo hominibus ad summum, & sex iumentis contentus sit.

SI prater huius decreti præscriptum cuiquam graues fuerint; dupli restitutione teneantur: præterea inferiores, Episcopi arbitrio; Episcopus synodi prouincialis iudicio alias pœnas subeat.

Dent autem operam, ut non solum quam diligentissime, sed etiam quam celerrime uisitationem conficiant.

De iudiciali foro Episcopi.

UT a foro Episcopali, quantum fieri potest, auaritia labes amoueat; & quam minimis possint incommodis atque sumptibus cause in eo agantur; nos præter eam diligentiam, quam in ea re maximam Episcopi, in sua quisque diœcesi, adhibere debent; hæc statuenda censuimus.

De notariis & scribis.

EPISCOPI intra sex menses omnibus notariis & scribis sui fori, tam ciuitatis, quam diœcesis, communem taxam præfiniant, quam pro opere & officij sui mercede ab unoquoque in singulis causarum generibus pro loci & cuiusque rei ac personæ conditione exigi liceat. qui non obtemperarit, in eum uehementer animaduertant.

SINGVLI collegium notariorum curiæ Episcopalis primo quoque tempore instituendum curant:

rent: quod certum numerum pro sua diœcesis conditione contineat.

Collegium statuta, Episcopo probanda, conscribat; officiales deligat, qui iudicent de eorum inter ipsos controuersis; quæ ad eorundem officium pertineant. In causas autem, quæ inter notarios & litigatores extiterint, se omnino non interponant, sed eas Episcopi iudicio relinquunt. In aliis uero causis, si cuiquam cum eis in iudicio agere contingat; eorum iura priuilegiaque seruentur.

Postulantibus testimonium formulæ curiæ, quam stylum uocant, de aliqua causa nec detur; nec datum uim habeat; nisi ei maior collegij pars subscripserit. cuius etiam formulæ exemplum, ab Episcopo approbatum, & subscriptum, publice in collegio asseruetur.

Qui in collegium notariorum adscribi uoluerint, eos Episcopus diligenter examine probet; tantum idoneos recipiat.

Excommunicatos: infames, & omnes, qui a testimonio dicendo iure repelluntur, reiciat.

Eos, qui uigesimum quintum annum non attigerint, quiq. per quadriennium in notariatus officio integre, periteq. non sint uersati, non admittat.

Probatos prius non recipiat; quam iurarint Episcopo ea iusiurandi formulæ, quæ infra scripta est; quam etiam ab iis, qui in notariorum collegium adscripti iam sunt, ad duos menses præstari iubemus.

EGO

E
nel D
pollit
Com
xere
Al
cunq
ne sp
quod
Nihil
terpon
satur
Non e
gent
caru
rum
In ca
mna
seu m
Vicar
ram
scriba
Conscr
singula
pia, uel
liquis, p
rime reg
Litigat
gula re

EGO N. notarius a R.^{mo} D. N. Episcopo,
uel D.N. eius Vicario delectus, nihil uel dedi uel
pollicitus sum gratia huius officij obtinendi.

Commissum mihi munus diligenter ac fideliter e-
xercebo.

A litigatoribus, quorum fuero notarius, uel a quo-
cunque alio eorum nomine, quauis de causa nihil,
ne sponte quidem datum, accipiam, prater id,
quod Episcopi taxatione presinitum fuerit.

Nihil agam, neque me, aut quemquam alium in-
terponam, quo mihi ulla causa scribenda commit-
tatur.

Non ero promotor, uel procurator in causis, que a-
geantur coram R.^{mo} D. Episcopo, seu eius R.D. Vi-
cario generali, uel aliquo ab eis constituto, seu eo-
rum ministro.

In causis uero, in quibus sum, uel fuero notarius, o-
mnes actus iudiciales substantialiter in manuali,
seu memoriali coram R.^{mo} D. Episcopo, seu eius
Vicarijs, aut alio ab eis preposito, & etiam co-
ram ipsis litigatoribus, si expectare uoluerint, con-
scribam.

Conscriptos eos, & instrumenta, & omnia alia, &
singula in causis producta, cum R.^{mus} D. Episco-
pus, uel alij suprascripti, seu litigatores, uel eorum a-
liquis, petierint, in registum fideliter quam celer-
rime referam, uel referenda curabo.

Litigantium postulatu, uel alicuius eorum, in sin-
gulis terminis successiue litigatoribus ipsis copiam

G dabo,

dabo, cum per R.^{mm} D. Episcopum seu alios supradictos decreta fuerit, sine recusatione & fraude, contentus mercede Episcopi taxatione praefinita.

Secreta eiusdem officij & causarum nemini patefaciam, praesertim attestaciones testium & consilia assessorum, attestacionesq. & sententias, donec publicata, perlata & sententiata, & per R.^{mm} D. Episcopum, seu alios supradictos subscripta fuerint.

Constitutionibus & mandatis R.^{mi} D. Episcopi obtemperabo.

Instituta quoque officij, & officialium collegij honesta iussa seruabo.

Nec ullo umquam tempore contra faciam, & omnia & singula suprascripta, omni dolo & fraude omnino remotis, inuiolate prestabo, & ita promitto, & iuro; sic me Deus adiuuet, & haec sancta Dei Evangelia.

NVLLVS notarius iudicibus Ordinarii delegatis, arbitris, nec arbitratoribus originales processus deferat, sed eorum tantum exempla, & regista fideliter collata; nisi alicuius inopia aliud aliquando Episcopo suaderet.

In huiusmodi exemplis, seu registis nihil superuacaneum scribant.

Quare nec dies festos, ad substantiam rei non necessarios, apponant.

Nec productarum citationum repetitiones cum inhibitione,

hibitio
tum, h
&c. 7
execo
Nec
sed p
R. m
Nec i
gi fac
pus no
is, qu
tem ta
tur,)
D
nial
uen
null
no a
nari
C
alioq
ficij us
uum,
nis su
Q
etiam
Pensio
uel qu
cerm

hibitione, uel sine ea, sed illarum executionem tantum, his uel similibus uerbis adscribant. Eo die &c. reproducta fuit citatio, de qua supra; que fuit executata, ut supra.

Nec dignitates iudicum, uel litigatorum, repetant; sed ponant tantum his, uel huiusmodi uerbis; R. mus Episcopus. N. Iudex. N. Actor. N. Reus. Nec in carta bibula scribant, nec ea littera, que legi facile non possit; sin minus, male scripta, Episcopus notarij impensa scribi melius iubeat; uel ab iis, qui registum petierunt, dimidiam tantum partem taxæ, uel maiorem, uel minorem, si ei uidebitur, solui iubeat.

NOTARII in litteris dimissorijs, seu testimonialibus, sacri concily Tridentini decretum seruent; in alijs, que mere spirituales sunt, etiam si nullum stipendium eis constitutum sit nihil, omnino accipiant, præter scripturæ mercedem, ab Ordinario statuendam.

Scff. 21. c. 1.

QUI notarij contra hæc decreta peccarint, uel alioqui in officio suo deliquerint; eos Episcopi ab officij usu submoneant ad tempus, uel etiam in perpetuum, si id delicti grauitas postularit, & alijs pœnis suo arbitratu coerceant.

QUAECVMQUE de notarijs sancita sunt, iis etiam scribas & cancellarios teneri uolumus. Pensiones, in cancellarijs Episcoporum assignatas, uel que cuicumque soluantur, irritas & nullas decernimus; nisi que iure tolli non possunt.

G 2 Can

Cancellarias uero deinceps uendi, locari, uel earum nomine, uel occasione, quouis pretextu cuiusuis persona, quidquam solui prohibemus.

*Notarij, & si qui praterea in hoc deliquerint; ple-
ctantur amissione officij, & aliis praterea pœnis
Episcopi arbitrati.*

De cauidicis, aduocatis, & fiscalibus.


CAUSIDICI, aduocati, fiscales, ad causas in fo-
ro Episcopi ne adhibeantur; priusquam iure
iurando Episcopo se obstrinxerint, se nullam cau-
sam suscepturos, quam a iustitia & equitate alie-
nam existimauerint.

*Hortamur etiam Principes & magistratus, ut
idem in laicorum causis seruandum curent.*

De carceris custodibus & reis.

PRAESCRIBANT Episcopi taxam executori-
bus uel ministris & carceris custodibus, ut ab
eis, qui capti, & in carcerem inclusi sunt, pro com-
prehensione, & carceris commoratione, & uictu id
tantummodo exigatur, quod equitas & ciborum
pretium postulet. si qui carcere tenentur, sibi, qua
ad uictum pertinent, ab aliis, quam a custodibus et
ministris carceris suppeditari uoluerint, id eis fa-
cere liceat; neque propterea asperius tractentur,
aut in deteriora loca compellantur.

*Mandent praterea, ut quamcunque pecuniam, ue-
stes, arma, aliasue res secum habeant ij, qui in car-
cerem*



cerem includuntur, tuto loco collocentur et asseruentur. qui locus duabus claudatur clauibus, quarum altera apud ianitorem carceris sit, altera apud pauperum procuratorem.

Ex illis autem rebus, quacumque, & quotcumque sint, nihil uel ianitori, uel executori, uel ceteris ministris attingere liceat; sed eis, si inde exierint, uel eorum heredibus, uel illis, quibus a iudice attributa fuerint, integra & intacta asseruentur.

Qui contra fecerit, duplo mulctetur. quæ mulcta ei, cui damnum datum sit, attribuatur.

CVRENT etiam per certos homines, ab eis deligendos, semel in hebdomada uisitandos eos, qui in carcere tenentur; qui si illos indignius & acerbius tractare compererint; referant ad Episcopum, qui pro sua prudentia ac pietate, ne quid iniquius fiat, omnino prouideat.

DESIGNENT uero Episcopi aliquos, qui miserabilium personarum causas gratis defendant.

Magnopere autem hortamur laicos magistratus, ut eiusmodi in re eadem ratione utantur.

De ministris ecclesiæ & diuinis officiis.

NE Studium ac pietas eorum & qui celebrant, & qui audiunt diuina officia, perturbetur; neque quisquam alieni muneris partes usurpet; sed suum quisque officium diligenter exequatur; omniaq. ut debent, in domo Dei ordine fiant: decreto sacri Tridentini concilij obtemperantes, quod

Sess. 24. c.
12.

*in provincialibus synodis certam diuinis officijs
& ecclesie ministris formulam pro cuiusque pro-
uincia ritum & moribus prescribi uoluit; hac statui-
mus.*

Communia de ministris.

CATHEDRALIUM & collegiatarum ecclesia-
rum capitula, quibus ius est creandi cuiusuis
generis officiales & ministros, in eisdem ecclesijs
initio anni semper tres deligant canonicos; quo-
rum munus sit, cum huiusmodi creatio facienda
erit, prius diligenter de eorum, qui creandi erunt,
moribus inquirere; deinde coram Episcopo iurare,
eos, quod ipsi sciant, probos, idoneos & dignos esse,
qui ei muneri preponantur; quod si aliter officia-
les creentur, eorum creatio nulla & irrita sit.

ARCHIDIACONI, Archipresbyteri, aliq-
ui in dignitate ecclesiastica constituti, canonici & re-
liqui ecclesiarum ministri in sacris ecclesie officijs
munus suum ipsi obeant, non per alios exerceant.
Singulorum autem munera atque officia, ad res
diuinas obeundas pertinentia, hac synodo expli-
canda illa quidem uidebantur; sed quoniam que
iis de rebus sacrorum canonum legibus olim expli-
cata sunt, ea partim, usu eorum neglecto, obscura-
ta sunt; partim pro uaria & locorum & temporum
ratione iam pene omnino mutata uidentur; non
certa quedam precepta tradi ac prescribi facile
possunt, ad quorum sane rationem omnis uniuscu-
iusque

in-
retur
sura
clesi
fra
rem
com
stia
tionu
stius
attrib
ligent
qua
ab
lice
ciu
tis
son
inst
pri
dec
trib
duob
pisco
lis di
adme
cum
cum
grac

iusque eorum munerum regula atque usus dirigeretur: eam ob causam his nostris decretis ea tantum munera prescribenda censuimus, quae ad ecclesiarum, quae in nostra prouincia sunt, administrationem hoc tempore pertinere maxime uiderentur. Sed quaecumque alia etiam munera uel communi iure, uel probatis cuiusque ecclesia constitutionibus, uel dignitatum, personatum, portionum, aliorumue officiorum ecclesiasticorum institutione, ipsis ecclesia ministris in officiis diuinis attribuntur; ea omnia magna cura summaque diligentia studeant Episcopi ab omnibus seruari; & quae antiquata sunt, ad usum reuocari. Nec uero ab iis praestandis cuiquam se propterea excusare liceat, quod his nostris constitutionibus ex iis officiis aliqua aliis ministris, uel alio nomine appellatis, adscripta sint. Quod si aliqua dignitas, personatus aut officium in ecclesia fuerit, cui neque ab institutione, neque a iure communi, neque a propriis constitutionibus, quae probatae sint, neque his decretis proprium munus in diuinis officiis sit attributum, aut quod sit, non satis constet; Episcopi, duobus adhibitis de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter a Capitulo deligatur, assignent singulis dignitatibus & officiis proprium munus, quem admodum cum sententia sacrorum canonum, & cum propria ecclesiae probatis constitutionibus, & cum his sanctionibus pro ratione loci magis congruere indicabunt.

G 4 Ceteris

Ceteris etiam beneficijs, quaecumque iam ab ecclesiasticis officijs immunia reperiuntur, siue canonicatus, siue clericatus, siue etiam simplicium nomine appellentur, ijs Episcopus pristina munera restituat. ac si non constat satis, qualia ea essent, pro fructuum ratione onera imponat aut Missas, diuinaq. officia celebrandi, aut si clericatus, simpliciaue beneficia sunt, minorum etiam ordinum functiones obeundi ad diuini cultus propagationem. Nec uero tamen uetamus, quin talia beneficia unire Episcopo liceat ex facultate, sibi communi iure, concilioq. Tridentino permessa.

Ea uero officia, & cetera, quae in diuinis rebus a nobis hac synodo praecipuntur; Episcopi, propositis censuris, & alijs poenis efficient, ut ab omnibus ea ratione, qua dictum est, diligenter praestentur.

NE multis ecclesiae ministris eodem tempore absentibus diuinus cultus deseratur; canonici, & qui praeterea choro uel ecclesiae addicti sunt, quo tempore eis a iure communi, uel a sacro Tridentino concilio permissum est, ut ab ecclesia abesse possint; a Praesidente chori, si triduo reuersuri sunt, si diuinus abfuturi, ab Ordinario facultatem discedenda petant.

Si quid praeterea ab eo, qui discessurus est, eius ecclesiae constitutiones requirunt; in eo constitutionibus pareat.

Nemini autem ita proffit absentia licentia, ut eo tempore distributiones quotidianas percipiat.

NIXI

Sess. 14. c.
12.

N
Tri
la ca
colla
tum
quid
sac
no ca
dem
nibus
ri poss
facia
alio
mif
rim
ri
cle
De
mit
ecc
aur
cus
Effic
carbu
uel re
fructu
rum
Tri
nas

NIXI etiam constitutione Bonifacii VIII. & Tridentini concilii auctoritate decernimus, ut nulla canonicorum aut aliorum pactio, remissio, uel collusio fiat; facta uenim habeat; nullumue statutum aut consuetudo, quaecumque illa sit, ualeat, quibus aut absenti quauis de causa eius diei, uel sacrae horae, in qua muneris suo defueris, aut omnino cuiquam contra, quam iure communi, & eiusdem Tridentini concilii, & his nostris constitutionibus definitum sit, distributiones quotidiana dari possint; si data fuerint, qui acceperit, suas non faciat, sed eas restituat; quae iure ipso accrescant aliis inseruientibus, qui huiusmodi pactio, remissione, collusioni, uel praebitioni assensi non fuerint; nisi ex constitutionibus ecclesiae probatis, alteri debeantur. si nero omnes consenserint, usibus ecclesiae iam tunc addicta intelligantur.

Declaramus autem in his excipi eos, qui ob infirmitatem, uel aliam necessitatem, aut manifestam ecclesiae utilitatem ex ipsa constitutione Bonifacii, aut sacris canonibus, uel Tridentina synodo excusantur.

Efficiant Episcopi intra sex menses, ut in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, in quibus uel nulla, uel tenues sunt distributiones quotidiana, tertia fructuum pars omnium dignitatum & canonicatum, aliorumque reddituum, quemadmodum a Tridentino concilio praeceptum est, in quotidianas distributiones conuertantur.

De

Cap. consuetudinem de cler. non re fid. in .6. Sess. 24. c. 12.

De officio eius, qui choro præsidet.

IN cathedralibus & collegiatis ecclesiis, qui choro præsidet, uigilet diligenter, ne quid prætermittatur in diuini officii institutione, uel progressionem, uel in reliquis, quæ ad probatam chori rationem pertinent, & aliis, quæ communibus, uel propriis constitutionibus, in diuinis officiis obundis præscribuntur. Neue absurde, indecore, uel præpostere quidquam fiat. Si qui suo officio non satisfaciant, eos grauius & amanter obiurget; si non resipuerint, iubeat punctatorem in libro illos describere, & ad Episcopum deferre, cui dignas pœnas pendant. Sin ipse in suo munere obeundo negligens fuerit, ab Episcopo, uel ab alio, qui ecclesia præsit, puniatur.

Si quæ autem ecclesia non habet, qui huic muneri nominatim præpositus sit; uel si habet, is non adsit in choro, præsentis officio fungatur, qui primo chori loco tunc sedet ex iis, qui dignitates aut canonicatus in ea ecclesia obtinent.

De iis, qui dignitates, personatus, aut
Canonicatus habent.

QVI dignitates aut personatus in ecclesiis obtinent, & Canonici nominis, ac institutionis sue memores ea pietate & assiduitate diuina officia colere debent, ut alij eorum exemplo ad studium & amorem diuini cultus accendantur.

Itaque

Itaque
cipim
que q
to Et
alio
ficio
rum
scrib
Const
darim
ras ci
ordis
do, p
rit
Ep
da
fer
leg
Re
dia
Ss
cent
nam
Qu
aut p
aliqu
nata
dent
non

Itaque auctoritate etiam Tridentini concilij præcipimus, ut cum in choro psallendum est, ipsi quoque quantum honoris gradu ceteris præstant, tanto studiosius psalmis, hymnis, et canticis una cum aliis modulantes, Dei laudes concelebrent. cui officio si defuerint, pro absentibus habeantur; & earum horarum, quas ea ratione non obierint, distributionibus mulctentur.

Sess. 24. c. 12.

12.

Constituatur ex canonicis sacerdotibus hebdomadarius, qui diebus infra statutis Missam & Vesperas canat; cui octavo die succedat alius eiusdem ordinis: idq. semper, aut in orbem fiat, aut alio modo, pro ecclesia consuetudine. Is, si suo officio defuerit, trium dierum distributionibus careat; quas Episcopus arbitrio suo, uel ceteris, choro operam dantibus, diuidat, uel in locorum piorum usum conferat: tributa tamen aliqua parte canonico, qui collega munus expleuerit.

Reliqui canonici decoro cantu antiphonas exordiantur, quas Mansionarius dicitur.

Si celebranti Episcopo, aut alia pontificalia exercenti, diligenter non adsisterint, & inferuerint; poenam subeant, quæ ei uidebitur.

Quibus canonicatibus, præbendis, dignitatibus aut personatibus & officiis adiunctum est munus aliquod presbyterij, diaconatus, aut subdiaconatus; qui ea obtinent, si, quemadmodum a Tridentino concilio præscriptum est, suo officio per se non fungantur; priuentur eius officij distributionibus,

Sess. 24. c. 4.

nibus, in quo muneri suo defuerint; nisi legitimi, impediti, impetrata licentia ab eo, qui choro praesederit, uel superiore ordinario per alios satisfecerint.

Quibus autem canonicatibus ac portionibus non est annexus ordo presbyteratus, diaconatus, et subdiaconatus; iis Episcopus, cum consilio capituli singulis singulos ordines annectat, quemadmodum a Tridentina synodo praescriptum est.

Seff. 24. c.
12.

Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non habeant capitula; nisi fortasse aliter euidentis necessitas postularit. Qui contra fecerint, distributionem ne capiant eius horae, in qua id commiserint.

Neque etiam diebus festis capitula habeantur; nisi probabilis causa intercesserit.

De officio magistri chori & caeremoniarum.

CHORI, uel caeremoniarum magister, siue alio huiusmodi nomine appelletur, qui diuinis officiis celerandis tanquam magister est, denunciet officium simplex, uel solemne celebrandum.

Quando de Dominica, de festo, uel de feria.

Quae antiphonae, orationes, psalmi, lectiones recitanda, aut canenda.

Quando standum, sedendum, caput submitendum, aut flectenda genua.

Omnes ecclesiae ministros sui officii admoneat.

Ado-

Ado
sola
sit, P
Eua
cho
Epi
Ta
pres
negio
etiam
su: q
uel b
Qui
non
but
Si
cb
del
Si
Epi
rica
ficia
bus e
In q
rum,
neru
li cer

Adolescentes, uel rudes, quibus Euangelium, Epistola, uel aliquid eius generis publice recitandum sit, prius in sacristia audiat, & erudiat.

Eum omnes audiant; qui non audierint, ab eo, qui choro praesidet, corripiantur; & si opus erit, ad Episcopum deferantur.

Tabellam in sacristia fingendam conficiat; in qua praescribat, quid a singulis canonicis, uel aliis beneficiatis in singulis horis per hebdomadam, aut etiam per plures dies recitandum, cantandumue sit: qui, quo tempore, & ordine Missam celebrare, uel horas dicere, aut alia munera obire debeant.

Qui autem, quod ei in tabella praescriptum fuerit, non fecerit; in quam horam peccarit, eius distributiones amittat.

Si magister in officio suo deliquerit, a praesidente chori obiurgetur, & ab Ordinario puniatur pro delicti modo.

Si in aliqua ecclesia non fuerit huiusmodi officium Episcopus, Capitulo adhibito, ad id constituat clericum aliquem probatis moribus, & in diuinis officiiis exercitatum; cui stipendium det, communibus etiam sumptibus, si opus erit.

In qua uero ecclesia fuerint magister caeremoniarum, & magister chori distincti, suas cuique munerum partes & his regulis Episcopus, de Capitulo consilio, arbitrio suo attribuat.

De

De officio sacristæ.

SA CRIST A habeat custodiam sacrorum uasorum, uestimentorum ecclesiasticorum, & totius thesauri ecclesiastici.

Vasorum, uestimentorum, instrumentorum, & ornamentorum omnium altarium, & reliquorum omnium munditia, nitoreq. consulat.

Eiusdem cura sint lumina, cera & oleum.

Vinum, hostias, candelas & cereos, ceteraq. e sacristia necessaria ad diuina officia præparet.

Aquam benedictam singulis hebdomadis, uel etiã sapius, si opus erit, ipse renouet, uel ab aliis renouandam curet.

Altare maius, & omnia alia, præcipue diebus festis, decenter ornet.

Hora congrua ipse: uel alius eius uice, campana sono det signum matutini. Missæ, & aliarum horarum canonicarum.

Habeat in sacristia tres tabellas; unam in qua omnes Missæ & officia pro mortuis, & reliqua descripta sint, quæ ex imposito onere, ac munere, quacumque de causa in ea ecclesia celebrari oporteat; alteram, in qua uniuscuiusque dignitatis, canonicatus, præbende, cappelle, altaris, seu alterius beneficii & officii eius ecclesiæ in Missis & aliis diuinis officiis obeundis debita munera contineantur; tertiam, quam supra diximus a magistro chori conficiendam esse. Curetque, ut quæ tribus his
tabellis

tabelis præscripta sunt munera, a quibus debet omnino præstentur.

Eiusdem officium erit operam dare, ut e sacristia sermones de inanibus, profanisq. rebus, multoq. magis iurgia, rixæ, & turba omnes arceantur.

Laicos ibidem uersari ne patiantur.

NEMINI permittat, ut sacris uestibus induatur; nisi tunc, cum ei Missa celebranda sit.

In iis, qui primo, qui secundo loco, qui deinceps Missam celebrare debeant, ordinem tabulae seruandum curet.

Si quis autem suo tempori præsto non fuerit; uel ei, quem absens suo nomine substituerit, uel proximo post absentem, suo arbitrio, Missæ locum det.

Duobus autem ad summum, potestatem faciat eodem tempore parandi se ad Missæ celebrationem.

De officio mansionarii.

MANSIONARII, qui chori sunt quasi quedam columnæ, totum fere horarum, ac diuinorum officiorum pondus sustinentes, munus suum accurate obeant.

Cum oportuerit, ad lectorile accedant; ut antiphonas, responsoria, gradualia, & alia huius generis canant.

Solem nibus festis diebus, & quoties opus erit, pluuialia induant; nisi alij nominatim huic officio præfæti sint.

Si

Si muneri suo defuerint, illius hora, in qua non satisfecerint, distributione priuentur; & alii eius arbitrati, qui choro praesidet, illorum officij partes suscipiant.

Idem, ut muneri suo commodius satisfacere possint, ab iis oneribus liberentur, quibus ad chori utilitatem, magistri caeremoniarum, & eius, qui choro praesit, arbitrio leuandi uidebuntur; neque quo tempore diuina officia in choro fiunt, paruam Missam celebrent, nisi necessitas postularit.

Eisdem Episcopi honestum stipendium constituendum curent. Quod si illis etiam dantur distributiones; eodem tempore, quo canonici; pro officij & laboris modo eas percipiant.

Ex Mansionariis duo in singulas hebdomadas deligantur; idq. in orbem fiat; nisi aliud probatus ecclesiamos requirat.

Horum alter officium ordiatur, & perficiat, consistens in medio choro, uel ad lectorile, quod ab ea parte sit, ubi is fuerit: Missam etiam festis diebus semiduplicibus canat; nisi alii sint ei muneri prepositi.

Alter psalmorum tonum instituat pro tempore, & antiphonarum; quae ubi legenda fuerint, ab ipso tantum, uel solum ab alio legantur. Diebus uero festis in decantandis antiphonis, canonicis & aliis uoce praeeat; & quae cantanda, uel legenda sint, ipsis indicet. Is, antequam officium inchoetur, chorum ingressus, libros praeparet; Missam

sam, psalmos, antiphonas, & alia, quae usus requisierit, inueniat.

MANSIONARIJ in suo munere contumaces, uel negligentes, pro modo culpa, iudicio eius, qui choro praesit, distributionibus careant.

De officio punctatoris.

PUNCTATORIS creandi morem in omnibus ecclesiis cathedralibus uel collegiatis retineri iubemus. Is in mensem, uel in aliud certum tempus pro cuiusque ecclesiae consuetudine a Capitulo constitutus, iuret, se in officio suo obeundo fidem, ac diligentiam praestitutum.

Studiose exploret, & in libro punctationum notes omnes, quicumque in fuerint, qui sacras horas & diuina officia non obierint; quiq. contra, quam his, alijsue constitutionibus praescriptum est, in choro quidquam fecerint. qua in re is nullius non odio, non amore, non spe, non metu moueatur.

Si aliquem iniuria notarit, de suo ei satisfaciat; si uero notandum praetermiserit, de suo item tantundem det, quod in ecclesiae usum conuertatur; & integras unius hebdomadae distributiones amittat.

Libros punctationum diligenter custodiat, & Episcopo, & Capitulo singulis mensibus exhibeat; & quoties id Episcopus uel Capitulum postularit.

Quo tempore is in officio punctatoris permanserit sacris horis et officijs omnibus intersit; nisi absit de eius licetia, qui choro praesidet: quo tempore alium,

H ab

ab eodem chori præfecto probandum, substituat, qui suo muneri satisfaciat. si secus fecerit, pro singulis vicibus unius diei distributionem amittat.

VT autem hoc officium melius exerceatur, ne miniq. aliquid iniuste aut remitti, aut adimi possit; præter delectum a Capitulo, alter punctator ab Episcopo creetur.

Is, supra scripto iureiurando apud Episcopum, præstito, altero in libro omnes, qui suo muneri defuerint, notet.

Singulis hebdomadis ambo punctatores libros inter se conferant; & si qua in re discreparint, Episcopus, uel eius Vicarius illico omnem eorū controuersiam sine ulla forma iudicij, sublato quocumque etiam appellationis impedimento, dirimant.

Episcopus deligat ad id punctatoris officium, quem uoluerit, idoneum clericum.

Eidem Episcopo facultas sit, de ea cathedrali uel collegiata ecclesia, in qua punctator creandus sit, omnes, quoscumque libuerit, propositis pœnis suspensionis a diuinis; & alyis suo arbitratu cogendi, ut id munus suscipiant, & obeant.

De officio thesaurarii.

THESAVRARIVS Capituli, siue alius quocumque is nomine dicatur, qui quottidianas distributiones partitur, curet ipsas unicuique distribuendas pro rata parte laboris, & officij ex iuris, & harum constitutionum præscripto, & ex ordine librorum

brorum punctatoris .

Is distributiones eorum, qui absentia, uel errati causa notati fuerint, ne persoluat ; si id fecerit, tantundem de suo det, quod in ecclesia usum conferatur ; & ob eam causam etiam unius mensis distributiones amittat .

De officio custodum .

CUSTODES ecclesia, uel quicumque alio nomine id negotium curant, obseruent diligentissime & clericos & laicos, contra decorum & honestatem ecclesia delinquentes ; eosq. sui officij moneant ; ac si non resipuerint, ad chori praefectum, uel Episcopum deferant .

Omnia, quae ecclesiarum honestati, ornamento, decoroue officere possint, prohibeant & arceant .

Neue quemquam noctu in ecclesia morari sinant .

Maxime autem uigilent, ne altaria spolientur, aut quidquam ex ecclesia subripiatur .

De functionibus minorum ordinum ad usum reuocandis .

EPISCOPI ex Tridentini concilij praescripto Sess. 23. c. 17. *ueteres sacrorum ordinum functiones, quibus in locis intermissae sunt, ad usum reuocandas omni diligentia curent .*

Atque ideo, in cathedralibus saltem ecclesiis, sex mensium spatio, singulis minoribus ordinibus in-

H 2 situant

stituunt aliquos, quibus ex eiusdem concilij formula stipendium attribuant; ut non ea solum munera, quæ illis infra præscribimus, in eisdem ecclesiis expleant, uerum etiam cetera, quæ sacris antiquorum canonum decretis ad eos pertinere Episcopi cognouerint; ac si quæ item alia ad cuiusque ecclesie utilitatem, dignitatemue eisdem pro temporis ratione imponenda duxerint. Quibus sic constitutis, licebit Episcopo ab eorum officiorum, quæ ab ijs deinceps præstanda erunt, munere alios liberare, quibus idoneis ex nostris constitutionibus supra impositum est.

De ostiario.

OSTIARIVS fores ecclesie custodiat.

Ecclesiam suo tempore claudat, et aperiat.
Infideles, hæreticos, excommunicatos & alios, quibus iure interdictum est, ab ecclesia arceat & eiciat.

Ne populum propius ad sacerdotem, rem diuinam facientem, accedere patiatur.

Campanas pulset.

In ecclesia dormientes, uendentes, ementes, deambulantes, colloquentes, aliaue ratione officia diuina perturbantes, & quouis modo indecore atque irreuerenter se habentes, moneat; si pertinaces sint, expellat, aut ad superiorem deferat.

Mendicantes excludat.

Ecclesiam uerrendam curet.

Bruta

Bruta denique, canesue expellat; quidquid in ecclesia dedecet, amoveat.

De lectore.

LECTOR in ecclesia prophetias, qua in Missa legenda sunt, et lectiones pronunciet, qua ex veteri & nouo testamento in matutinis dicuntur. Pueros, si ita Episcopo uideatur, prima fidei rudimenta doceat.

De exorcista.

NEMO energumenis manus imponere, aut causa eyciendi demones exorcismos legere audeat; nisi exorcista ordine sit initiatus. Is exorcismos memoria mandare studeat, idq. ex libris, Episcopi iudicio comprobatis; & cum res postulauerit, ut eo munere fungi oporteat, id ne agat, nisi consulto, & consentiente Episcopo. Episcopus autem nemini, ne sacerdoti quidem, permittat, ut id munus exequatur, nisi eius aetatem & mores probarit. Caueat etiam ne intercedat ullus in exorcismis quæstus, neue ulla curiosa percunctatio, præsertim que ad diuinationem pertineat.

De acolutho.

ACOLUTHVS subdiaconos, & diaconos ad altaris obsequium affectans, eis inferuiat. Lumina accendat & deferat.

H 3 Vrceolos

Urceolos uini & aqua ad Missa sacrificium parer.

Communia de ratione diuinorum officiorum .

VIDEANT *Episcopi, aliis doctis & pijs uiris adhibitis, ne quid apocryphum legatur in diuinis officijs; & quoad eius fieri possit, a communi Romanae Ecclesiae officio ne discedatur.*

DIVINA officia ex ordine calendarij, & ecclesiae instituto celebrentur: nec ea ratio sine iusta causa mutetur. quamobrem a magistro chori cathedralis ecclesiae, uel alio, cuius id munus sit, edatur singulis annis calendarium dierum festorum; quo singulorum dierum officij ratio praescribatur. Omnes inferiores ecclesiae, quaecumque illae sint, diuinorum officiorum rationem dirigant ad regulam calendarij cathedralis ecclesiae; neque ab ea discedant. si quae uero ecclesiae diuinorum officiorum alios ritus habent, Apostolica auctoritate concessos, eis utantur; ueruntamen ea quoque, quae hic de diuinorum officiorum ratione praescribuntur, ubi Apostolica concessionem expresse non aduersentur, inuiolate seruent.

In urbibus, oppidis aut uicis nullum signum communium officiorum campana detur ante signum cathedralis, uel cuiusque loci matricis ecclesiae, nisi Episcopo aliud uideatur; maxime uero sabbato hebdomadae sanctae, & in Angelica salutatione matutina,

matutina, meridiana, & uespertina; qua in re matutinum excipimus, quod non ubique eodem tempore dici soleat.

HORAE canonicae omnes quotidie in choro dicantur; quae ratio neque concione, neque solemnibus Missa, neque alia causa impediatur; nisi euidentis necessitas intercesserit; de qua iudicium sit Episcopi.

Nec hora aliqua beatae Virginis, ne in matutino quidem, in choro omittantur; exceptis diebus, & locis, quibus ex ratione officij eas praetermittere licet.

Horae ita commode diuidantur, ut mane aliquod interuallum, si id fieri potest, sine detrimento diuini cultus detur canonicis, & aliis ad studium diuinae scripturae, aut sacrorum canonum.

CHORVS ita uel sepiatur, uel constituatur, ut tempore diuini officij laicis aditus in eum esse non possit; uel saltem a clericis seiuncti sint.

In choro, uel omnino in ecclesia nemo ministret sine superpelliceo, aut ceteris indumentis, quae pro ratione officij requiruntur.

Superpellicea latis sint manicis, non angustis, instar rocheti.

CANDELAE & cerei in Missa & aliis diuinis officijs ea exiguitate ne adhibeantur, quae in tanto mysterio dedeceat, & adstantibus offensionem adferre possit.

EPISCOPI ne patiantur circulatores, circum

H 4 foraneos,

foraneos, & id fallax hominum genus tempore diuinorum officiorum in foris & plateis ecclesiarum uersari; ut ne populus, illecebris eorum artificij ab ecclesijs euocatus, salutare cogitationes abijciat.

CVRENT ydem, ut ex eo more pulsandi in tenebris sanctæ hebdomadæ ad representandam creaturarum rerum perturbationem in passione creatoris, omnis licentia & indecorus tumultus amoueat.

De musica & cantoribus.

In diuinis officiis, aut omnino in ecclesijs, nec prophana cantica, soniue, nec in sacris canticis molles flexiones, uoces magis gutture oppressæ, quam ore expressæ, aut denique lasciuia ulla canendi ratio adhibeatur.

Cantus & soni graues sint, pijs ac distincti, & domui Dei, ac diuinis laudibus accommodati; ut simul & uerba intelligantur; & ad pietatem auditores excitentur.

Cantores, ubi fieri potest, clerici sint; omnino autem in choro clericalibus uestibus & superpelliceo utantur.

Organo tantum in ecclesia locus sit. tibia, cornua & reliqua musica instrumenta excludantur.

Et si in hymnis, psalmis, & canticis, suis uicibus, organo canatur; omnes tamen eorum uersiculi in choro distincte pronuncientur.

Quando

Quando & quo modo at diuina officia
conueniendum.

CVM in ecclesiam ad diuina officia diurna
uel nocturna conueniendum erit; id campanæ
sono significetur, ea interposita mora, qua omnes
facile possint conuenire.

Signo audito, qui dignitates in ecclesia, etiam si
præfetti sint, personatusue, aut canonicatus ha-
bent, ceteriq. omnes, qui interesse debent, prapa-
rent se ad diuinas laudes; & mature ad ecclesiam
progrediantur.

Ingressi in ecclesiam, factisq. ad sacrosanctam Eu-
charistiam, uel, ubi ea non seruatur, ad altare ma-
ius precibus, recta in sacristiam proficiscantur.

Quo loco, retenta talari ueste, superpeliceum as-
sumant, & reliquum uestitum ad sacrum munus
necessarium, quod, ut seruos Dei decet, tacite &
modeste faciant.

IN ingressu chori ad matutinum, & alias
horas, & diuina officia, is ordo seruetur.

Vt paulo post ultimum campanæ signum ad rem
diuinam faciendam, uniuersis in sacristia para-
tis, pulsetur paruula campana, qua egressus sa-
cerdotum ad Missas celebrandas significari solet:
ut omnes, qui in ecclesia, uel circum eam sunt, di-
uini officij celebrationem instare intelligant.

Postea omnes, de sacristia ordine procedentes,
exeant.

Et

Et ubi se ad altare humiliter inclinarint, suum quisque locum in choro adeat.

Ibi flexis genibus, & submissa uoce saltem orationem Dominicam dicant.

Deinde dato signo, uel pronunciat o, Pater noster, per hebdomadarium, ad initium officij omnes surgant, & officium inchoetur.

Qui uero in ecclesia, uel circum, eam, aut in sacristia fuerit, & eo ordine chorum ingredi neglexerit; dimidia parte distributionum illius horæ priuetur; nisi aliqua de causa, quæ ei, qui choro præsidet, uel Ordinario probetur, impeditus fuerit.

Si quis ausus fuerit inchoare officium, priusquam eo ordine in chorum conuenerint, & distributionem illius horæ amittat, & grauiori etiam pœna ab Episcopo plectatur.

Si quis autem, aliis in choro iam consistentibus, aduenerit; idem institutum seruet & in sacristia, & in choro.

Si quis non uenerit ad matutinum ante finem capituli de beata Maria Virgine, cum de ipsa officium celebratur; alioqui ante finem psalmi. Venite exultemus; in aliis etiam horis, ante finem primi psalmi, pro absente habeatur; illiusq. horæ distributione careat.

In Missa uero, nisi uenerit ante finem ultimi Kyrie eleyson, eandem negligentie pœnam subeat.

Si quis, cum possit initio officij, uel supplicationum

con-

conu
præsi
abs

C
citer
ld me
lenit
In ch
to &
cap
ris
In
to
de
nij
Fa
Ne
Ne
flect
Ne
nati
Nem
Ne e
quid
coeg
Si

conuenire, aduentum suum in extremum a nobis
 praefiniti temporis punctum de industria distulerit;
 absentis loco habeatur.

Quo modo uersandum in choro.

OMNES in choro diuina officia, ut temporis
 ratio postularit, alternis uocibus canant, re-
 citent, attenteq. audiant.

Id non cursim, non perturbate, non oscitanter, sed
 leniter, distincte, ac studiose faciant.

In choro pro temporis & officii ratione, ex institu-
 to & more ecclesiae sedeant, stent; flectant genua,
 caput aperiant & submittant, ceteraq. eius gene-
 ris adhibeant. omnes uero aequae idem faciant.

In choro etiam in matutino officio, clericali birre-
 to, non pileo utantur; alioqui moneantur a presi-
 dente chori, uel ab eo; qui proximo loco sedet: &
 nisi paruerint, pro absentibus habeantur.

Faceessant somnus, risus, ioci, rixa, colloquia.

Ne uagentur in choro, uel ecclesia.

Neue locum mutant, ne occasione quidem genua
 flectendi.

Ne in choro, ubi communi officio opera datur, pri-
 uatim officium dicant.

Neue litteras, libros, aliaue scripta legant.

Ne exeant, nisi diuino officio confecto, ne causa
 quidem de communi re agendi, si necessitas non
 coegerit, tumq. a praefecto uenia petita.

Si cum diuina celebrantur officia; sacerdoti, uel
 clerico,

clerico, uel ministro, interdum per ecclesiam necessario sit incedendum, grauitur & modeste id faciat. Neque cum ullo sermonem habeat de rebus inanibus.

QVI dignitates aut personatus habent, canonici, & alij omnes, qui aliquid in his commiserint; si moniti a presidente chori, non resipuerint; & hora illius distributione careant; & pro modo culpa alias poenas dent, Episcopi, aut eius, qui ecclesia praesit, arbitrato.

Quo modo a choro recedendum.

POST diuinum officium in choro flexis genibus submissa uoce saltem orationem Dominicam dicant.

Tum uel surgente, uel signum dante hebdomadario, consurgant omnes.

Et inter se consalutantes, & ordine procedentes, simul exeant; & de more ante altare se inclinent.

Eodemq. ordine ad sacristiam progrediantur, ubi modeste & quiete superpelliceum exuant, non in ecclesia.

Qui secus fecerit, monitus a praefecto chori, nisi resipuerit; distributionem illius hora ne capiat; & ab ordinario pro modo culpe plectatur.

De matutino & prima.

MATVTINVM officium uel media nocte, uel saltem eo tempore instituat, ut sub or-

11111

tum Solis absolutum sit uel ea hora, quam Episcopus præscripserit; ea tamen habita ratione, ut uere matutinum dici possit, & alia hora, Missæ, & officia matura perfici queant. Sed præterea eorum canonicorum et clericorum commoditati consulatur, qui prope ecclesiam non habitant.

Matutinum uesperis non dicatur; exceptis tamen diebus Octauæ festi & solemnis diei Corporis Domini nostri Iesu Christi, ceterisque diebus, quibus ex Romana Ecclesiæ instituto est permissum in iis ecclesiis, ubi hac consuetudo seruatur.

Matutinum in choro ecclesiæ celebretur quouis anni tempore.

At si tamen uehementia frigora sint, uel alia ulla iusta causæ intercedant; de licentia Episcopi in sacristia, uel honesto alio eius ecclesiæ loco dici possit.

PRIMA, oriente Sole, dicatur, uel paulo post, pro consuetudine ecclesiæ.

De Missa solemni.

EPISCOPVS Missam maiorem & Vesperas, nisi impediatur, paschalibus & aliis maioribus festis diebus cantet.

Dielus uero Dominicis & festis duplicibus Canonicus hebdomadarius hoc faciat; nisi iis diebus ij, qui in ecclesiæ dignitates obtinent, id munus obibunt uel ecclesiæ instituto, uel Episcopi iussu.

Aliis diebus, nisi de more, uel instituto ecclesiæ id munus sit canonicorum, quod seruari iubemus.

idem

idem præstabunt Mansionarij, aut alij sacerdotes, ad id designati.

Qui sacerdos Missam solemnem in ecclesia cathedrali uel collegiata celebrare debet, & suo muneri defuerit; nisi legitime impeditus, eius rei facultatem a presidente chori, uel sacrista impetrarit; in singulas uices soluat decem solidos, in usum ecclesie uel sacristie erogandos, arbitrio Episcopi, uel ei dandos, qui illius loco celebrarit.

Qui impeditur, quo minus Missam celebrare possit; sacristam moneat in tempore, ut, accepta eius excusatione, curare possit, ut ab alio Missa celebretur.

EPISCOPO, & ei, qui in ecclesia dignitate præditus, sit, & canonico, die festo solemnem Missam celebranti, adsistat sacerdos, qui Adsistens dicitur, pluuiali indutus.

Si adsistendi munus nemini attributum est, Episcopus cum Capitulo attribuat; uel certos eligat sacerdotes, qui id in orbem obeant; cuius officij immunes sint, hebdomadarii, magister chori, & punctatores.

DIACONVS etiam & subdiaconus eisdem ministrent, sacris uestibus induti.

Aliis uero inferioribus ut ministrent diaconus & subdiaconus, sacris uestibus induti, in maioribus saltem ecclesiis, ubi id fieri poterit, Episcopi curabunt.

Curet Episcopus, ut, quemadmodum admonuit
sacra

sacra
saltem
altar
man
Dia
confi
bent
pian
Etus
nis, q
Vbi ne
impol
chori
dum
po
stit
M
Do
gii
Epi
sam
canon
E
scopi
syna

sacra Tridentina synodus, diaconi & subdiaconi, saltem Dominicis et festis solemnibus diebus, cum altari ministrauerint, sacram Eucharistiam sumant. Sess. . 13. c. 13.

Diaconi, uel subdiaconi, qui ex iure, statuto, uel consuetudine; certis diebus altari ministrare debent; si defuerint, eius hora distributionem ne capiant. quorum uices subeant ii, quos chori praefectus iusserit, quibus detur aliqua pars distributionis, quae absentibus est adeptae.

Vbi nemini nominatim id munus in ea ecclesia impositum est; quibus diaconis, uel subdiaconis chori praefectus id negotii dederit, illud suscipiant; dum singulis praebendis propria munera ab Episcopo assignabuntur; uel alii diaconi et subdiaconi constituantur, qui eo fungantur officio.

EPISCOPI, quam saepissime possunt, solemnibus Missae, ac diuinis officiis intersint. Diebus uero Dominicis Aduentus & Quadragesima, nisi legitima causa intercesserit, omnino ne desint.

Episcopum ad celebrandam, uel audiendam Missam, ad aliaue diuina officia solemnia uenientem, canonici deducant, & reducant.

De Ecclesiis & earum cultu.

ECCLESIAS quascumque siue curatas, siue non curatas, sacella & oratoria diruta Episcopi ad eam rationem, quae a sancta Tridentina synodo praescripta est, restituenda, uel alio transferenda Sess. 21. c. 7.

ferenda curent; lapides, cœmentum & omnis materia eorum locorum ad prophana edificia ne adhibeantur, nisi Episcopi auctoritas ex iusta causa intercesserit, quod enim semel Deo consecratum est, ad priuatos hominum usus transferri non debet.

Altaria etiam, que extra ecclesiam, & que sub dio, nec septa aut munita sunt, Episcopi aut sepicienda, si fieri possit, aut demolienda curent.

IN ecclesia, præsertim cum diuina celebrantur officia, uel uerbum Dei prædicatur, nemo hæc audeat.

De ambulare, nugari, circulos habere, negotiis operam dare.

Cum mulieribus, de quibus suspicio esse possit, colloqui.

Altaribus, fontibus baptismi, uel aquæ benedictæ adherere.

In limine, aut ante fores immorari.

Auersus ab Eucharistiæ sacramento irreuenter sedere, aut, cum in Missa sus tollitur, stare.

Aut quouis modo diuina officia perturbare.

Aut irreuenter in ecclesia uersari.

Ne clericus, aut alius quouis in ecclesijs, earumue cœmiterio, atrio, uestibulo, aut porticu, foribusue quidquam uenale proponat, ne si ad usum quidem sacrificij; uel ecclesiæ futurum sit.

Nemini cum uenaticis canibus, uel uolucris in ecclesiam ingredi liceat; neque hastam, uel

scilicet

scilicet
infer
Ne
tur
Q
uel
par
rim
suo a
& a
gent
E
no
Se
D
n
L
Z
cu
Q
M
ren
fer
S
pro
lige
ta c
qua

sclopetos, balistas, aliaue eiusdem generis in eam inferre.

Ne mendici eleemosynæ causa in ecclesiis uagentur, sed extra ianuam consistant.

Qui in horum aliquo deliquerit; a Rectore per se, uel per alium ecclesiæ ministrum moneatur: nisi paruerit, ab ecclesia expellatur; si id commode fieri non possit, ad Episcopum deferatur, qui in eum suo arbitratu animaduertat. qui etiam Rectorum & aliorum ecclesiæ ministrorum huius officij negligentiam coerceat.

RECTOR cuiusuis ecclesiæ, pernoctationes, aut nocturnas uigilias in ea posthac nemini permittat. Sed sub noctis horam ecclesiarum fores claudat. Neque ullo pacto quemquam præter sacerdotes admittat; nisi nocte Natalis Christi Domini, cum Missa celebratur.

Neue patiat, si fieri possit, populum ad eas excubare.

Qui contra fecerit, Episcopi arbitratu puniatur. Magnopere uero a Principibus petimus, ut, ad rem adiuuandam, suam quoque potestatem conferant.

SICUT ecclesiastica immunitas, Dei præcepto, & canonicis sanctionibus constituta, quam diligentissime custodienda est; neque permittendum, ut confugientibus ad ecclesias & loca sacra aliqua uis contra sacros canones inferatur; ita sum-

ferre cauendum, ne facinorosi, nisi necessario ad

ea, quasi ad asylum, in sacrarum constitutionum fraudem se recipiant.

Mandamus igitur omnibus & singulis clericis, proposita poena excommunicationis, alijsq. arbitrio Episcopi, ut, quoties ab aliquo exule damnato, uel criminoso, qui in loco libero sit, postuletur, ut illum in eorum ecclesijs, cœmeteriis, uel domibus recipiant, omnino antequam assentiantur, Ordinarium consulant: & quidquid ille tali in re censuerit, faciant.

Quod si, clericis minime præmonitis, tales persona ad huiusmodi loca uenerint, ijdem clerici, eiusdem poenæ periculo, Episcopum quamprimum certiore faciant, ut quidquid ab eo hac in re decretum fuerit, seruent.

Ipse autem Episcopus de his commonefactus, considerata personarum, locorum & temporis condicione, ac facti qualitate, decernet, quod ecclesia immunitati, sacrarum locorum honestati, & canonum menti consentaneum iudicabit; ita tamen, ut ecclesiastica immunitas nulla ex parte uioletur; neque propterea censeatur data facultas aliqua secularibus magistratibus & potestatibus ledendi immunitatem; aut aliquos de his, quæ diximus, locis extrahendi, contra quam antea iure communi statutum esset.

NE occisorum cadauera a iudicibus uel notariis maleficiorum in ecclesijs ullo modo inspiciantur; sed eo illata exportentur; & huiuscemodi inquisitiones

quisitiones et omnia, que ad cedis cognitionem pertinent, a sacris locis reijciantur.

NEMO uasa, uestes, uel alia ornamenta, sacris addicta, aut omnino quidquam ex sacra suppellectili prophanis hominibus, aut ad prophanum usum commodare audeat; qui ita commodarit, grauiter arbitrio Ordinary puniatur.

SACRAE campanæ usum, qui ad fideles præmonendos, ut ad diuina conueniant officia, est introductus, indignum est ad conuocandos homines ad spectacula suppliciorum adhiberi. Quamobrem Principes ac magistratus etiam atque etiam hortamur, ut campanis, que ecclesiarum usui sunt addictæ, si consecratæ sint, ad pœnarum significationem quemquam uti ne patiantur.

De processionibus & supplicationibus.

GENERALES processiones a cathedrali, uel cuiusque loci maiori ecclesia proficiantur; & eodem reuertantur, nisi aliud Episcopo uideatur.

In ijs supplicationibus generalibus, qui non uenerit ante inuocationem sanctissime Trinitatis, pro absente habeatur; aut alia pœna ab Episcopo plectatur.

Eas canonici & alij clerici, etiam cuiusuis dignitatis sint, cum superpelliceis, & usitatis alijs sacris uestibus statuto tempore semper obeant.

Præfatis ecclesiarum collegiatarum in urbibus

I 2 preci-

precipimus, ut cum suis quisque canonicis & beneficiatis, uocatus, superpelliceo, uel alijs sacris uestibus indutus, publicas processiones, praelata cruce, semper obeat. Quibus Episcopus locum arbitrio suo quamprimum assignabit; neque eius rei effectus ulla appellatione retardari possit.

Sess. 25. c.
13. de Regular.

Ad huiusmodi processiones Episcopi, cum eis uidebitur, ex Tridentino concilio uocent Regulares omnes, quamuis exemptos.

Sess. eadē.

Si qua controuersia sit de priore loco, ab Episcopo ex auctoritate eiusdem concilij tollatur.

CRUCES clerici ferant talari ueste et superpelliceoq. induti; iŷq. eiusmodi sint, ut eam apte & decore ferre possint.

Omnes ordines grauitet et modeŷte procedant; colloquijsq. exclusis, psalmis, hymnis, & reliquis sacris precibus operam dent.

Nemo ordinem in processione deserat, antequam ad ecclesiam, unde profecti sunt, redierint.

Laici a clericis, feminae a uiris separatim prosequantur.

VIDEANT Episcopi, ut in supplicationibus et processionibus quibuscumque, praesertim cum sanctissima Eucharistia circumfertur, & cum frequentior populus ad ecclesias indulgentiae, festi diei, sacrae concionis gratia, uel alia de causa conuenire solet, ea modestia & reuerentia adhibeatur, quae pijs & religiosis huiusmodi actionibus maxime debetur.

Ne

Ne inter uiam inaniter spectandi gratia subsistatur .

Ne petulanti facto, dictoue cuiquam molestia afferatur .

*Ne, qua minus deceant, spectacula adhibeantur .
Neue actiones pro foribus editum, aut in uia represententur .*

Qui secus fecerint, seuerè coerceantur .

Episcopi praeficiant certos uiros, quibus cura sit, ut haec omnia, qua de supplicationibus praescripta sunt, seruentur; & ut res ea, qua decet, pietate agatur .

Edendi, ac bibendi consuetudinem, secumue esculenta & poculenta deferendi, aut ea uendendi in sacris supplicationibus habendis, uincisq. lustrandis, & suburbanis ecclesiis uisitandis, parochi tollere studeant, fideles saepius admonentes, praesertim die Dominico, qui proximo sacras Rogationes antecedit, quam dedebeat, ubi pijs orationibus mens & lingua exercenda est, ibi ieiunium, quod ad alluciendam Dei gratiam magnam uim habet, tantisper seruare non posse .

De funere Episcopi .

PIVM sanctorum Patrum institutum ad concelebrandas Episcoporum exequias, iam diu intermissam, reuocantes, statuimus .

Ut Episcopo mortuo, uel morti proximo, tres primi de Capitula praesentes uicinum Episcopum, uel eo

I 3 impedito,

impedito, alium inuitent, qui statim ueniat; ac si uiuum Episcopum inuenerit, accuratissime consoletur; & ea officia præstet, quæ ad animæ salutem tali tempore requiruntur.

Mortuum uero una cum seculari, & regulari clero solemniter ad sepulchrum prosequatur.

Nihil autem Episcopus, pro huius officij gratia, impensa, uel quouis alio nomine, a quoquam exigat, uel sponte oblatum accipiat.

Eius tamen expectationis causa corpus Antistitis ne amplius quadraginta horis insepultum iaceat.

Interea uero curet Capitulum, ut custodiatur corpus, & circum ipsum frequentes ex clero sint, qui pro eius anima preces Deo faciant.

Eidem Capitulo hoc munus iniungimus, ut primo quoque tempore prouinciales Episcopos omnes de Episcopi morte faciat certiores, qui in ecclesiis cathedralibus Missam solemniter pro eius anima celebrandam curabunt: & publicis supplicationibus, ac precibus indictis, Deum pie, sancteq. deprecabuntur, ut orbato gregi Pastorem dare uelit iuxta cor suum.

In exequijs eius plures uiginti quattuor cereis non accendantur, idq. impensa uacantis ecclesie, nisi extent defuncti bona; uel alius sit, qui de iure aut consuetudine sumptum facere debeat.

Episcopi negligentia in comprouincialis Episcopi funere a synodo prouinciali, canonicorum & cleri,
a suc-

*a successore Episcopo grauiter puniatur. Sacra
Anniuersaria pro mortuo Episcopo quotannis fiāt
in cathedrali ecclesia, quamdiu proximus eius suc-
cessor in Episcopatu uixerit, uiuentis Episcopi &
Capituli sumptibus.*

De funeribus & exequiis.

VT uetus Ecclesia institutum mortuorum fu-
nus piis precibus & officiis solemniter pro
sequēdi, multis locis auaritia, ambitione, uel negli-
gentia deprauatum, ad pristinam pietatis ratio-
nem reuocemus; clericis quibuscumque cuiusuis
dignitatis sint, etiam Canonicis cathedralium &
collegiatarum ecclesiarum, ceterisque omnibus
hęc seruanda proponimus.

*Ante Solis ortum, est post occasum, mortuum &
efferrī, & ad sepulturam recipi, prohibemus.
Inter maioris Missę celebrationem, mortuorum
corpora sepulturę causa in ecclesiam ne inferan-
tur.*

SINGVLARVM cathedralium, collegiata-
rum & parochialium ecclesiarum clericis, qui in
funus uenerint, una tantum sue ecclesie crux præ-
feratur; neque alia in funere deferantur, nisi quas
suis quamque clerus subsequatur. Quod si alij
quoque clerici inuitati fuerint, eius rectoris, qui in-
uitarit, crucem prosequantur.

AD tollendas controuersias, que magna popu-
li offensione inter Regulares, qui beneficia curata
I 4 obtinent,

obtinēt, uel in eis curam animarum exercent, & parochos seculares in efferendis mortuis oriuntur; statuimus, ut cum ex parochia, cui secularis sacerdos praesit, mortuus efferatur, ut in parochiali ecclesia sepeliatur, cui Regularis sit praefectus, uel contra, tunc utriusque parochi, superpelliceo & stola induti, pares progrediantur. Reliqui uero Regulares eum locum teneant, quem in generalibus processionibus tenere consueuerunt, non obstante quavis consuetudine, uel pactioe, quam inter se fecerint.

CVM mortuus efferendus erit; cuiusuis ecclesiae clerus, qui uocabitur, in unam proximam mortui adibus ecclesiam, congruo processionis ordine conueniat; unde omnes ordine prodeuntes, bini canentes psalmos, aliasue sacras preces, mortuum ab eius adibus ad sepulturam comitentur.

Cum ad ecclesiam uenerint, omnes corpus suo item ordine circumstent, instituta officia celebrantes; nec prius discedant, quam corpus in sepulchrum illatum fuerit.

Deinde singularum ecclesiarum clerici eodem ordine, quo uenerant, crucem praeferentes, ad ecclesiam suam redeant; nisi aliquando aliud Episcopo iusta de causa uideatur.

CLERICI ecclesiae, in qua mortuus humatur, eius uestes, heredibus inuitis, ne sumant; sed ijs, ad quos pertinent, reddant.

Candele omnes, cerci, & quae intortitia uocantur,
 que

que circum crucem & cadauer ad ecclesiam adferuntur, & alia, que circa pheretrum & in altaribus, ac reliquis in locis, dum diuina officia in funere celebrantur, heredum impensa accenduntur, ita Deo oblata esse intelligantur, ut eius ecclesie sacristia, in qua mortui corpus humandum erit, continuo addicta sint.

Rectoribus uero illas uendere nullo modo, sed ad Missam, ceteraq. diuina officia celebranda tantummodo uti liceat; nisi in alium ecclesie usum Ordinarij licentia conuertantur.

Excipimus autem ea, que clericis cuiusuis generis eleemosyne causa dari solent, & que funeralium nomine cathedralibus & parochialibus ecclesijs ex sacris canonibus debentur, quibus nihil obfit, quominus quartam funeralium; que solita esset persolui, ex decreto Tridentini concilii consequi possint.

Sess. 25. c.
13.

Si mortuorum heredes ita se impie gesserint, ut religiosum exequiarum institutum negligentes, Crucis, clericis, & funeri debita lumina adhibere nolint; ab Episcopo ea cogantur comparare, que necessaria uidebuntur.

DENT operam Episcopi diligenti cohortatione, ut in singulis parochiis, communibus eorum sumptibus, qui sunt in parochia, comparetur pallium, quod mortuo imponi solet; idq. omnibus in funere gratis commodetur. quod si parochiani id recusarint, singuli parochi, & alij ecclesiarum curatarum

ratarum rectores pallium ad huiusmodi usum emant; pro quo mortuorum haredes illis minimum aliquid Episcopi arbitrato largiantur.

Si uero nobiles homines aureo, uel serico, uel omnino pretioso pallio uti uoluerint, pecunia sua faciendum curent; quod ad eiusmodi cadauerum usum nullo modo in posterum adhibeatur; sed illi ecclesie, in qua mortuus sepultus fuerit, illico post funus acquisitum sit; & in eius ornamenta conuertatur.

STATVAT Episcopus in ciuitate & diocesi sua pro modo laboris, quantum mercedis causa dandum sit curatoribus exequiarum, ceterisq. qui dant operas in funere, et iis, qui campanas pulsant; quibus etiam, quamdiu in exequiis campanas pulsare debeant, arbitrio suo prescribat.

MISERABILES persona, quibus mortuis aut nihil superest, aut ita parum, ut sua impensa humari non possint, a parcho sumptibus ecclesie sepeliantur.

EXEQUIARVM, sepulturae, & anniuersariorum causa nemini quidquam pacisci, aut exigere liceat neque etiam petere, uel quid aliud committere, quod simoniace labis, aut sordida auaritie suspicionem habeat.

Pias tamen consuetudines in his seruari iubemus; cuius rei Episcopus curam suscipiat.

Pia etiã legata exigi uolumus; neque ea, quae elemosinae causa ultro data fuerint, accipi prohibemus.

NEMI-

NEMINI quemquam in funere laudare liceat; nisi & eum, quem laudare uelit, Episcopus dignum censuerit; & laudationem scriptam ante probarit.

Liceat tamen in funere concionem habere, quæ tota referatur ad humanam miseriam, fidelium oculis proponendam, omnesq. ad uigilandum cohortandos; ne cum uenerit Dominus hora, qua non putarint, inueniat eos dormientes.

CAVEANT autem parochi & alij ecclesiarum rectores, ne, quod pietate adducti suadere debent mortuorum heredibus, ut anniuersaria officia illorum causa celebranda curent, id cupiditate impulsus, molestius flagitent; qua in re si peccarint, Episcopi arbitrio puniantur.

QUICVMQVE laicus uel secularis clericus in iis deliquerit, quæ his decretis præscripta sunt, ab Ordinario loci graui pœna afficiatur.

De sepulturis.

NON est ferenda nostri temporis insolentia sepulchrorum, in quibus putida cadauera, tamquam sacrorum corporum reliquie, excelso & ornato loco in ecclesiis collocantur, circumq. arma, uexilla, trophæa & alia uictoria signa & monumenta suspenduntur; ut iam non diuina templa, sed castra bellica esse uideantur.

Ambitiosam igitur hanc in mortuorum corporibus decorandis arrogantiam detestantes, & ecclesiarum

clesiarum decori consulentes, eiusmodi sepulchra excelsa locoposita, & ea, que parietibus inclusa, uel adiuncta etiam in una parietum parte eminent, nisi marmorea aut creta sint, siue illis corpora contegantur, siue inani, & ibi tantum honoris causa sint constituta, & eorum omnis generis ornatum & apparatus ad tres menses amoueri, ac tolli omnino iubemus; ossaq. accineres in sacro loco altius in terram defodi, ita conditos, ut sepulchrum e solo non emineat.

Monemus uero Episcopos, ut morem, multis locis intermissum, mortuos in cœmiteriis sepeliendi, restitutum curent, inde submotis, si qui ea usurparint.

Et si cui locus sepultura deinceps dabitur in ecclesia, humilitantum detur; & sepulchrum, in quo condetur, opere fornicato cum reliquo ecclesie pauimento equatum sit.

Hac ut efficiantur, diligenter operam dabunt Episcopi, adhibitio etiam, si opus erit, magistratum auxilio.

*Quæ pertinent ad bonorum & iuriam ecclesiasticorum conseruationem, re-
Etiam administrationem, & dispensationem.*

E*CCLESIARVM res quam plurime aut destituta defensoribus, aut etiam ab iis, quibus earum procuratio credita erat, prodite, ita perierunt.*

runt, ut monumentis uel interceptis, uel perditis, nulla spes iam reliqua uideatur, illas in ius suum uindicandi. Id ne deinceps accidat, neue quisquam, quod in Christi patrimonio negligentior sit, quam in suo, merito reprehendi possit, statuimus. Vt Episcopi & Capitula tam cathedralium, quam collegiatarum ecclesiarum, Hospitalium etiam ac quorumcumque piorum locorum gubernatores, seu administratores, & alij quicumque, qui beneficia ecclesiastica quacumque cum cura, uel sine cura, quocumque nomine nuncupentur, etiam commendata, nunc obtinent, ab huius decreti editione; qui uero in futurum quomodocumque obtinuerint, ab adeptæ possessionis die, quisque intra spatium sex mensium, edictis etiam interim publice propositis, omnium & singulorum bonorum mobilium & immobilium, iurium, actionum, annuorum censuum, siue reddituum, nominumue debitorum, & aliorum quorumcumque ad eorum ecclesias, uel eorum administrationi commissas, monasteria, uel beneficia, eorumue mensas quocumque iure pertinentium; rationem diligentissime conquirendam, & eorum omnium inuentarium, in quo locorum etiam fines, condicionesq. omnes sigillatim describantur, per publicum notarium diligenter conficiendum curent; Episcopus quidem, adhibitis duobus, a Capitulo cathedralis ecclesie delectis; Capitulum coram Episcopo, aut aliis præfectis ab eo; alij uero coram fide dignis testibus.

Ex

Ex eo inuentario exempla duo, notarij publici auctoritate ad certam eorum fidem munita, conficiantur; quorum alterum Episcopi & Capitula ecclesiarum cathedralium in archiuio, quod utrisque commune sit, asseruent; alterum ad Metropolitanum mittant. Praefecti uero & Capitula ecclesiarum, quae collegiatae sunt, alterum exemplum in communi eorum archiuio retineant; alterum in archiuio cathedralis ecclesiae, intra cuius fines sunt, asseruandum tradant.

At uero in quibus ecclesiis uel cathedralibus, uel collegiatis archiuium eiusmodi non sit, ab Episcopo instituatur.

Ceteri autem singuli, qui beneficia quaecumque ecclesiastica quouis titulo obtinent, exemplis item duobus eodem modo confectis, unum in ecclesia sua diligenter custodiant; alterum ad cathedralem ecclesiam perpetuo conseruandum mittant; unde, si usus postulabit, exemplum sumere eis liceat gratis.

Archinia singula duabus clauibus occludantur.

In ecclesiis cathedralibus, earum unam Episcopus, alteram Capitulum custodiat; in collegiatis, alteram praefectus, alteram Capitulum seruet.

Praeterea in uisitationibus, eiusmodi inuentaria Episcopi secum adferant; & cum iis, quae seruantur, qui uisitandi sunt, sigillatim conferant; perspiciantq. diligenter, ne quid eorum, quae ibi descripta fuerint, desit, quod ecclesiae uel minimo detrimento esse possit; & si quae forte deerunt, ecclesiae restitui.

stima
quod
Et ut
sit,
Qu
frat
eccle
scopa
nas
E
tus,
sapa
cilia
cre
m
cu
ca
ger
m
pise
succ
iare
fidel
Para
pos
Qu
pen

stitui, omniaq. eius damna sarciri studeant. Ipsa quoque inuētaria, si eis uidebitur, renouari iubeat. Et utique quaecumque accessio, uel immutatio facta sit, ea quotannis in inuentaria referatur.

Qui in his uel negligentia, uel contumacia, uel fraude peccauerint; si Capitula, & alij beneficia ecclesiastica obtinentes, Episcopi arbitrio; si Episcopus; prima prouincialis cuiusque synodi, pœnas dabit.

EPISCOPI intra sex menses uniones perpetuas, etiam ecclesiis iurispatronatus factas, & ipsa patronatus iura ex præscripto Tridentini concilii recognoscant; & traditam eiusdem concilij decretis de illis rationem diligentissime seruent.

Sess. 7. c. 6.

Sess. 24. c.

13.

Sess. 25. c.

9.

SI qua laicis concessa ecclesiarum bona, aliquo modo caduca facta sint; caueant Episcopi, & qui cumque beneficia ecclesiastica obtinent, ne pœnam caducitatis remittant; nisi seruatis iis, quæ in hoc genere iura præscribunt. si secus fecerint, Episcopi in synodo prouinciali pœnas dabunt; ceteri ab Episcopo plectantur.

QUI bona ecclesie feudi nomine obtinent, a successoribus in ea inuestituram intra tempus, a iure præstitutum, renouandam curent; eisdemq. fidelitatis iusurandum dabunt.

Pari etiam ratione heredes eorum et inuestituram postulent, & iurent iis, qui ecclesie præfuerint.

Qui id facere omiserint, constitutas legibus pœnas pendant.

Ne

Ne autem res ecclesiasticæ cum aliis cōfundantur; mandamus, ut feudatarii omnes in eiusmodi renouationibus omnia bona, eorumq. fines sigillatim et nominatim publico instrumento describant.

Hanc uero curam præcipuam Ordinariorum esse uolumus, ut illos cogant hæc omnia exequi, propositis pœnis eorum arbitrata.

Nemini beneficiorum ecclesiasticorum bona propinquis suis intra tertium gradum in emphyteosim, aut ad cuiusuis temporis spatium, etiam per suppositas personas locare liceat; nisi euidens & magna ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi, præter alia iuris requisita, aliud postulare uideatur. si aliter factum fuerit, nulla sit locatio; & qui locarit, ab Ordinario puniatur.

Seff. 25. c.
xi.

EX auctoritate sacri concilij Tridentini negotium damus Episcopis prouincie nostræ, ut singuli una cum canonico a Capitulo, & altero de clero, ab ipsis deligendo, recognoscant, etiam ex officio, quascumq. locationes bonorum ecclesiasticorum, ad longum tempus a triginta annis factas. & si eas in damnum ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse ad iudicauerint; irritas, & nullas declarent.

NOLUMVS cedentibus, aut decedentibus iis, qui ecclesiastica obtinent beneficia, illorum fructibus fraudari successores, aut saltem eorum recuperationem litibus & controuersijs difficilem reddi; quare fit ut interim ecclesiæ debitis muneribus

bus & officijs destituatur.

Idcirco sancimus, ne ecclesiarum rectores, aut qui cumque beneficia ecclesiastica quomodolibet obtinentes, sine Ordinarij licentia, scripto permissa, pendentes beneficiorum fructus quouis pretextu uel causa alienent; nisi uenditionis uel locationis nomine; & tunc dilata in id tempus pretij, uel mercedis solutione, quo fructus erunt a solo separati.

Quod si secus factum fuerit, contractus irritus sit & nullus; & qui fecerit, arbitrio ordinarij poena afficiatur. quam etiam sustineat is, qui eo in suam rem uti uoluerit.

CVM pro cuiusque ecclesia consuetudine populus ad oblationes inuitatur; id grauiter et modeste faciendum est.

Nec eo uasis, aut sacculi genere pecuniam accipiant, in quo quid quisque dederit, cerni possit; ut fideles pietate adducti, non pudore quodammodo coacti, elemosinam afferant.

Quae cum ad subsidium sacerdotum, uel aliorum pauperum, uel ecclesiarum reparationem & ornatum sit instituta, eam populus liberaliter praebere debet.

NE per inscitiam, aut obliuionem id peccatum committatur, ut decimae ijs, quibus legitime debentur, uel omnino non soluantur; uel ex parte tantum; ideo mandamus & parochis, ut inter Missam, & predicatoribus in concione, primo quoque dominico die Aduentus & Quadragesime doceant

K populum,

Sess. 25. c.
12.

populum, quid de solutione decimarum sacrum Tridentinum concilium statuerit; uehementerque hortentur, ac moneant, ut debitas decimas integre persoluant, ne propositas ab eadem Tridentina synodo excommunicationis pœnas subire cogantur.

Sess. 22. c.
11.

Quibus etiam diebus eiusdem Tridentini concilii decretum contra occupantes quouis modo fructus, bona, & iura ecclesiarum, & aliorum piorum locorum, communi lingua populo recitent.

QVIA contingit interdum, ut clerus urbanus congregatus, reliquo clero diœcesano non adhibito, aliqua decernat, quæ ad clericos uniuersæ diœcesis pertineant, magno nonnumquam absentium damno; idcirco nos communi eorum utilitati, consulentes, statuimus, ut clerici, qui extra ciuitatem sunt, cum primum in diœcesanam synodum cõuenerint aliquos eligant, qui urbana congregationis deliberationibus, quæ ad uniuersum clerum spectant, intersint.

Præcipimus etiam clero ciuitatis, ut antequam congregetur, semper eos, qui delecti fuerint, admoneat, ut ad congregationes adesse possint. Si uero non admonuerit, quidquid ibi actum, decretum ue sit, externo eius diœcesis clero detrimento esse non possit.

OMNES uero ecclesiasticas personas & eorum bona, libertatem, commoda, & iura omnia Principibus summopere commendamus, admonentes ecclesiasticam immunitatem siue ad hominum uitam,

uitam, siue ad bonorum possessionem, fructusq. pertineat, Dei ordinatione, summorum Pontificum decretis, & sanctorum conciliorum auctoritate tributam, nulla ratione uiolandam esse. Neque enim Principes & magistratus res ecclesiasticas attemptare; neque sacros & religiosos homines ad suum iudicium, potestatemq. reuocare; neque Deo ad dictis bonis manum inycere, aut ullum onus imponere debent: immo uero meminisse oportet, quas a Deo facultates consequuti sunt, eas ad ipsius Dei gloriam & honorem, hominumq. sacrorum salutem & incolumitatem conferendas esse; qui pro eorum quiete ac felicitate Deo preces assidue faciunt. Cuius officij cum maxime intelligentes fore confidamus, in primis Catholicum eundemq. potentissimum Hispaniarum Regem, & reliquos deinceps prouinciæ principes; dubitare non possumus, quin re ipsa efficiant, ut eorum magistratus & Communitates nihil aduersus immunitatem et libertatem ecclesiasticam ullo umquam tempore moliantur. quod ita ut fiat, Episcopi pro sui officij munere curare & eniti debebunt.

SACRAE Tridentinae synodi decretum sequenti, monemus omnes, quicumque beneficia ecclesiastica obtinent, ut hospitalitatem benigne exercent, memores, Christum Dominum in hospitibus recipi, a quo recipientur ipsi in aeterna tabernacula.

Hoc autem hospitalitatis officium eo magis Episcopis

K 2 scopis

sess. 23. c.
8.

scopis colendum est, quod illis eam uirtutem Apostolus in primis amplectendam proposuit.

In hospitalitate autem non is habeatur delectus personarum, ut diuites potissimum inuitentur, qui cum sanore reddant, quod acceperint; sed cum ecclesiasticarum personarum domum nemini, quantum per facultates licuerit, clausam esse deceat; profecto illis maxime patere debet, qui Dei uoce, sanctorum Patrum cohortationibus et exemplis, sacrorum conciliorum præcepto & auctoritate nobis commendati sunt.

Et sacrorum canonum decretis statutum est, & sanctissimorum Patrum testimonijs celebratum quæ bona fidelium pietas Deo consecrauit: ea uel illorum necessitatibus honeste subleuandis, qui diuinis dicati obsequijs, Christi ministri & dispensatores mysteriorum Dei effecti essent, uel ecclesijs reficiendis, earumq. ornamentis ad diuinum cultum necessariis comparandis, uel pauperibus sustentandis addicta esse; si quidem ubi primum ecclesiæ bona esse cœperunt, eam naturam, & condicionem consequuta sunt, ut in alium, quam in sacrum & pium usum eorum fructus conuerti nefas esset.

Quare cauendum est, ne cupiditate prolapsi, quæ radix est omnium malorum, dum uel proprijs, uel propinquorum, & familiarium diuitijs & honoribus studemus, quæ Deo dicata sunt, bona & ecclesiæ detrimento, & pauperum gemitu, & bonorum offensione ad aliorum usum conuertamus. itaque

nos sacrorum canonum & sanctorum Patrum auctoritate innixi, atque ijs adducti, quæ sacra Trid^{enti}na synodus de officio administrandi bona ecclesiastica significauit, eos omnes, qui ea obtinent, uehementer monemus, ut muneris sui memores, hæc, quæ sequuntur, diligentissime præstent. Sess. 25. cã.

Episcopi, Abbates, Præpositi, parochi, ac ceteri omnes cuiuscumque dignitatis, & gradus ecclesiasticas, etiam eorum administrationi commissas, ac quæcumque beneficia ecclesiastica, etiam simplicia quomodocumque, etiam commendata, in prouincia nostra obtinentes, omni diligentia cognoscere studeant, quibus oneribus eorum ecclesiæ & beneficia ex bonorum ecclesiasticorum natura, uel ex illorū, quæ obtinent, propria institutione, uel ex conditione Apostolicis litteris in prouisione dictorum beneficiorum eis præscripta, uel alia quacumque eius generis ratione subiaceant, illisq. integre satisficiant. quod si facere omiserint, sed eos fructus sibi uindicare, uel ad alios trāsferre ausi fuerint, uel in quem debet usum, non impenderit; se ex sacris canonibus & sanctorum Patrum sententia, sacrilegij reos esse intelligant; & eorum omnium necessaria restitutione teneri; neque ulla omnino, etiam immemorabili, consuetudine excusari.

Atque ideo si Metropolitanus tale commiserit, antiquior suffraganeus de eo ad synodum, et synodus ad S. mum D. N. Romanum Pontificem deferat; si Episcopus sit, & ab Archiepiscopo, uel eo absente,

K 3 ab

ab antiquiore suffraganeo monitus, plene non satis fecerit; ad synodū prouincialem, primo quoque tempore celebrandā, per eundem deferatur; ubi et restituere cogatur, et pœnas subeat synodi arbitratur. Si uero inferiori gradu, quam Episcopus fuerit, qui cumque is sit, si ab Ordinario loci monitus, non satisfecerit, præter restitutionem eorum, quibus pia opera defraudauit, per sex menses administratione bonorum ecclesiasticorum prohibeatur. Quod si iterum in eo peccarit, grauioribus etiam pœnis ple-
tatur.

Quo in genere tanto etiā grauius animaduertendum erit in eos, qui beneficia ecclesiastica obtinent commendata, quanto magis ex industria peccasse uidebuntur, si litteris Apostolicis præscriptam legem propositam ante oculos habentes uiolare non ueriti fuerint.

Nouerint etiam ij, ad quos scientes huiusmodi fructus, uel aliquid ex illis commodum quouis nomine peruenerit, se eadem restitutionis lege teneri.

Si uero, qui ecclesias & beneficia ecclesiastica quacumque obtinent, quorum fructus ad eos, tamquā diuinorum obsequiorum ministros, honeste sustentandos proprie sunt attributi, si uberiores sint, quam ad tuendam uitam condicionisq. suæ rationem requiratur; dubitare non debent, ad eum finem hanc copiam illis esse attributam, ut præter ea, que ad uictum & cultum eorum satis essent, supererent etiam, quibus diuini cultus ornatus & splendor

splendor conseruaretur, & pauperum inopia & indigentia subleuaretur. quemadmodum etiam Deus plerisque diuitijs cumulat, ut amicos sibi faciāt, a quibus, cum defecerint, in aeterna recipiantur tabernacula. Quamobrem per uiscera misericordiae Iesu Christi obtestamur atque monemus, ut meminerint ea bona non esse sibi credita ad luxū, neque ad augendos consanguineos, sed ad uitam honeste, ut si delem Dei ministrum & pietatis Christianae magistrum decet, tradendam. ex eo uero, quod supererit, si necessaria pauperibus alimenta denegarint, intelligant se, quos non pauperum, occidisse; atque ob uiolatam sanctissimae charitatis legem mortale peccatum commississe, quo sibi iram in die irae thesaurizauerunt.

Modum autem & rationem, qua metiri se pro conditione et gradu unumquemque oporteat ad uitam suam fructibus ecclesiasticis honeste ducendam, eam esse omnes debent intelligere, quae ab ijs non discrepet, quae in sacris canonibus, & praesertim in his nostris constitutionibus de clericali frugalitate, & modestia statuta sunt.

Quae uero de fructibus ecclesiasticis dicta sunt, eadem etiam de suppellectili omni, ceterisque rebus, quae iisdem fructibus comparata sunt, dicta esse intelligantur; ne quae de domestico ecclesiasticorum hominum cultu & ornatu per nos in hac synodo decreta sunt, aut ad propriam auaritiam, aut ad propinquorum splendorem statuta esse uideantur.

K 4 Quæ

Quæ ad sacramentum matrimonii
pertinent .

Seff. 24. c.
1. De re-
formatio.
matrim.

DILIGENTISSIMI sint Episcopi in ea
observatione, ne quisquam a regula, quam
in celebrando matrimonio seruandam statuit Tri-
dentina synodus, ulla ex parte discedat .

Ne autem matrimoniorum, quæ contrahentur,
memoria facile pereat; si quam facultatem Epi-
scopi, aut parochi cuiquam alii sacerdoti, ut in con-
trahendo matrimonio intersit, concedendam ali-
quando duxerint; id scripto tantum faciant; eiusq-
exemplum Episcopi in aliquo libro descriptum, di-
ligenter adseruent: parochi autem in eum librum
referant, in quo coniugum & testium nomina ex
prescripto Tridentini concilij scribere debent. quid-
quid uero eo libro parochi singulis annis scripse-
rint, id in fine anni Episcopo describendum tradant.
Denunciations, quæ matrimonium antecedere
debent, festis illis diebus fiant, qui ecclesiæ prae-
cepto seruantur, media ea Missa, ad quam frequen-
tior populus conuenire solet, quo id facilius notum
omnibus esse possit.

Si parochus in matrimonio denunciations, uel
benedictionem sine probabili causa procrastinarit,
cuius iudicium deinde sit Episcopi, ab eo plebetur.
Parochi, cum sponsis benedicendum erit, id, ce-
lebrata Missa, cui illi intersint, semper faciant.
Vsum autem illum in ecclesia bibendi, & frangen-
di

di cyathi, & alia id generis, que indecore fiunt, cum aliqui matrimonio iunguntur, amplius ne adhiberi patiantur.

Episcopi ea, que de matrimonio Tridentina synodo in reformatione matrimonij, & his nostris constitutionibus decreta sunt, communi lingua diuulganda curent; & omnibus sua diocesis parochis eorum exempla distribuant; ut illi singulis quibusque tribus mensibus frequentissimo populo in ecclesiis recitent, nisi aliud Episcopo uideatur.

De meretricibus & lenonibus.

VT meretrices ab honestis mulieribus omnino internoscantur; curent Episcopi, ut aliquem amictum palam indute sint, quo earum turpem condicionem & uitam omnes habeant notam.

Neue eisdem liceat, etiam si aduena sint, in meritorijs tabernis, uel publicis cauponis pernoctare, uel commorari, nisi itineris causa, idq. unum diem tantum.

Curent etiam in unaquaque ciuitate locum eis ad signandum, ab hominum frequentia, & a maioribus ecclesijs remotum, ubi omnes habitent ea lege, ut, si extra eius loci fines domum, eiusue partem cōduxerint, uel in quacumque domo quauis de causa amplius unum diem habitauerint, & ipse, & domini, seu locatores seuerius puniantur. Quam rem quamprimum efficiendam Principes & magistratus pro sua pietate suscipient.

Ab

Ab iis etiam petimus, ut huiusmodi impudicis mulieribus omni gemmarum, auri, argenti, & serici, usu interdiciant.

Omnesque, qui lenocinio questum faciunt, ex suis finibus exterminent.

De histrionibus, cingaris, tabernis meritoriis, & aleatoribus.

DE his etiam Principes & magistratus commonendos esse duximus.

VT histriones et mimos, ceterosque circulatores, et eius generis perditos homines e suis finibus eiciant; & in caupones, & alios, quicumque eos receperint, acriter animaduertant.

VT uagum et fallax cingarorum genus arceant; nisi certis sedibus collocati, uitam honestis artibus, & in reliquis omnibus, ut christianos homines decet, agere uelint.

VT ganeas & tabernas meritorias, omnis nequitie sentinas, e prouincia tollendas curent. Quod si quæ ferendæ uidebuntur, iubeant neminem in eis hospitio recipi; sed tantum uinum, & edulia uenalia proponi.

ET quoniam usu compertum est, ex aleæ ludo, sæpe furta, rapinas, fraudes, blasphemias, aliaque id generis flagitia proficisci; prohibeant taxillis, aut alea ludi; et grauius in publicos aleatores, et in eos, qui huiusmodi ludis intersunt, quiue domum ad recipiendos ludentes expositam habent, animaduertant.

MA-

MAXIME uero efficiant, ut bonis artibus uel instituendis, uel renouandis, otia, quantum fieri poterit, e ciuitatibus tollantur.

De immoderatis sumptibus coercendis.

COPIOSIS & locupletibus illud semper propositum esse debet sancti Ioānis Apostoli, Si quis habuerit substantiam mundi huius, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauerit uiscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in illo? unde facile intelligunt, quam facultates suas ad pauperum difficultates et necessitatem subleuandam conferre debeāt. Quamobrem magnopere cauendum est, ne subsidia pauperum in superuacaneos sumptus, & inanes delicias effundantur. Proinde admonemus et enixe hortamur Principes & magistratus, ut effusam impensam & omnem intemperantiam certis legibus coercentes, modum statuunt non solum quotidianis epulis atque conuiujs, uerum etiam uestibus, equis, rhedis, famulis, aliisque non necessariis apparatibus; & denique omni & domestico & externo ornamento & instrumento moderationem adhibeant. qua pecunie effusione sublata, innumerabilibus malis, quæ inde ortum habent, occurratur. Quod facilius etiam fiet, si principes ipsi, quorum mores, & uiuendi rationem populi plerumque imitari solent, non modo leges proposuerint; sed etiam, quemadmodum legibus parendum sit, exemplo docuerint.

1. Ioan. 3.

De

De Vfuris.

VSVRAM ad perniciem populorum latius manantem; pro nostri muneris cura reprimere cupientes, quadam huius generis delicta ex sacrorum canonum et probatorum Patrum sententiis delegimus; qua quoniam frequentius in hac provincia committi animaduertimus; ea praecipue ac nominatim prohibenda duximus, eo consilio, ut si quis in aliis etiam eiusdem generis uetitis contra-ctibus deliquerit; poenas, a iure constitutas, sibi subeundas esse intelligat.

EX mutuo, uel depositis, etiam apud iudaum factis, nihil praeter sortem a quouis homine percipi ex conuento, uel principaliter sperari possit, tamen si pecuniae ipsae sint pupillorum, aut uiduarum, aut locorum piorum, uel etiam dotales, nisi quatenus id iure nominatim permittatur.

Si quis oblatas re ipsa, loco & tempore pecunias, etiam dotales, sibi debitas, accipere recusauerit; nihil praeter sortem, etiam ratione damni emergentis, uel lucri cessantis, uel ex quacumque alia causa accipere possit.

NE fiant cambia, cum litterae ad destinatum locum uere non mittuntur, & ibi non fit solutio, sed uno & eodem loco pecunia datur & recipitur, uel quando dantur, et accipiuntur pecuniae cum eo pacto, ut habeatur recursus ad domum, uel ad respondentem dantis, aut accipientis, quod pactum uulgo

uocatur

uocatur la ricorsa, atque ita impense, aut alterius rei onus imponitur.

NE cui liceat cum altero ita contrahere, ut is totam pecunia summam ei, qui dederit, soluat, cum ille partim pecunia dederit, partim nominibus, que difficile exigi possint, uel in rebus pluris, quam ualeant, aestimatis.

Ne cui, presentem pecuniam quarenti, quidquam carius uendatur, ut statim ab uenditore per se, uel per interpositam personam uilius ematur.

Ne quis rem aliquam, ob dilatam solutionem, carius uendat iusto pretio.

Ne ob anticipatam solutionem res minoris ematur iusto pretio, uel soluat minus, quam debebatur.

Ne res uendatur, dilata in tempus solutione, ita ut pretium, quod interim rei accreuerit, uenditori soluat, si eiusdem periculo non sit diminutio.

Ne res modico pretio pignori detur, uel uendatur pacto redimendi intra certum tempus, ut sit ad dictum tempus res redempta non sit, res libera sit emptoris, uel eius, qui pignori accepit.

NE frumentum, uinum, oleum, aliudue detur, ut eo, quod datum est, aliquid amplius exigatur, siue eiusdem generis, siue alterius quomodocumque, etiam si opere sint.

Ne quis mutuo det frumentum, uel id genus aliud corruptum, ut tantundem integri carioris reddatur, etiam si restitutio differatur in quodcumque
tempus

tempus debitori commodum .

NE in societate , in quam alter pecuniam confert , alter operas , lucri distributio constituatur , nisi per quotas partes .

Nec ultra eas , certa pecuniarum summa , uel quid aliud , conferenti pecuniam , persoluatur .

Neque fiat pactio , ut fors salua sit , fructus uero communiter diuidantur .

IN societate animalium ; quæ inæstimata , alicui dantur ad custodiam , siue ut operas præstet , omnes casus , etiam fortuiti , semper sint periculo eius , qui dederit ; nisi id alterius socij dolo , uel magna negligentia accidisse constiterit .

Nec fiat pactum , ut fors sit semper salua , etiam ex primis foetibus .

Neue quidpiam certum , præter sortem , ex fructibus animalium quotannis soluatur .

Et in locationibus animalium , quæ fiunt certo pretio , si illa absq. dolo , aut negligentia eius , qui conduxit , deteriora fiant , id semper sit damno eius , qui locarit .

Si autem animalia dentur æstimata , ita ut fors danti salua sit , nihil omnino percipi possit .

NE fiant contractus , qui libellary , seu ficti libellary dicuntur , ubi non antecedit emptio certæ rei immobilis pretio iusto .

Vel ubi uenditor redimere cogatur ; uel ubi non possit redimere , nisi post certum tempus .

Vel ubi annuus census , ad cuius solutionem res obligatur ,


obligatur superat estimationem fructuum, quos ex ipsa re dominus solet, aut potest percipere.

Et si loco pecunie vinum, frumentum, uel quid aliud in singulos annos promittatur, illud ad pecunie, & iusti prety rationem redigatur pro consuetudine locorum.

SI qui autem in aliquo ex his casibus, aut alijs qui usuram sapiunt, & a iure, ut iniqui, prohibentur, contraxerint; ipsi contractus, etiam iurerando muniti, nulli, irriti, & inanes sint. contrahentes uero, tabelliones, qui instrumenta confecerint; proxenetae usurarum, aut lucri participes, ministriq. omnes horum scelerum et pœnis, iure statutis, & ecclesiasticis censuris puniantur.

Hortamur uero Principes & magistratus, ut ipsi etiam huic pesti, quibus maxime poterunt, remedijs, occurrant.

CONSTI-




CONSTITVTIONVM
PARS TERTIA.

DE PIORVM LOCORVM
adminiftratione.



Sess. 7. c.
15.
Sess. 25. c. 8.



I pia loca omnia fideliter, diligenterq. adminiftrantur; que sacrum Tridentinum concilium Epifcoporum cura ac studio maxime commendavit, hac mandamus, que illi ab omnibus feruanda curabunt.

QVI Hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumue usum precipue instituta, in commendam, administratio nem, aut quemcumque titulum, aut ecclesiis suis unita, obtinent; domos, & adificia horum locorum ruinosa, uel disiecta sarciant, & restituant. Que ab alijs occupata, aut amissa, iniuste alienata

nata sunt, recuperent .

Impositum illis onus & officium omnino obeant .
Hospitalitatemq. ex fructibus, illi muneri attribu-
tis, re ipsa exercent .

Ceteraq. omnia praestent, quae a Vienensi, & Tri-
dentino concilio praescribuntur .

Sess. 25. c. 8.
Clem. Quia
de relig.
domi

Quod officium, si moniti ab Ordinario, non fece-
rint; uel per ecclesiasticas censuras, & alia iuris
remedia ad sui muneris functionem compellatur;
uel eiusdem Tridentini concilij praescripto eos Epi-
scopi ab illa administratione, curaque in perpetuum
amoveant .

Quibus nullo modo condonent, aut remittant eos
fructus; quos, contra Hospitalium institutionem
perceptos, in foro conscientiae restituere tenentur .

QUI pecuniam ecclesiis, Confraternitatibus,
aut quibuscumque p[ro]p[ri]is locis debent; illorum procu-
ratores, syndici, ministri esse, aut ullam denique
in eis officij, aut negotij partem administrare non
possint .

ADMINISTRATORES ecclesiastici, uel laici
piorum locorum, siue Hospitalia, Montes pietatis,
Confraternitates, Misericordiae, Charitates, Con-
sortia, Discipline, siue alio quocumque nomine nun-
cupata sint, qui nunc sunt, intra tres menses; qui
deinceps deligentur, antequam ad administratio-
nem accedant, iurent se fideliter & accurate mu-
nus suum exequuturos .

Fructus, qui pauperibus addicti fuerint, ueris pau-
peribus

L

peribus tantum distribuant, quemadmodum cuiusque inopia, & eius uoluntas, a quo bona illa profecta sunt, postularit.

Qua in re, ne ulla fraus fieri possit, ineatur aliqua ratio, Episcopo probanda, qua ei constare possit, in quas personas fructus illi erogati fuerint.

Quos autem compererit Episcopus, uel inique distribuendo, uel in suum commodum uertendo, uel inutilibus & superuacaneis sumptibus faciendis, male in administratione uersari; eos pro modo culpe puniat; & ad restitutionem legitime compellat; & ab officio etiam, si ei uidebitur, amoueat.

Sess. 22. c.
19.

Quod si contra, quam a Tridentino concilio decretum est, ne rationem administrationis reddant, tribunal Episcopi declinare uoluerint; ecclesiasticis pœnis ab eodem coerceantur.

Iis, qui bona piorum locorum administrant, ea, si immobilia sint, uel pretiosa mobilia, uendere, permutare, in emphyteosim dare, aut quouis modo alienare, nisi ijs seruatis, que a sacris canonibus requiruntur, & ex consensu atque auctoritate Episcopi, nullo modo liceat. Qui contra fecerint, Episcopi arbitrio puniantur; & quod actum est, irritum, ac nullum sit.

PIORVM locorum bona administratorum arbitrio ne locentur; sed publice locanda proponantur, facta omnibus conducendi potestate.

Quos pijs locis aliquid debere constiterit, ijs eorum locorum bona locari ne liceat.

Qui

Qui piorum locorum bona conducere uoluerit, det idoneum fideiussorem, cum quo iure agi possit aequae, atque cum ipso principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio irrita ac nulla sit.

Ut autem haec, ceteraque omnia, quae Tridentina synodus de Hospitalibus & aliis piis locis statuit, facilius Episcopi praestare possint; praecipimus parochis, ut diligenter singula, quae in parochiis suis sint Hospitalia & pia loca, eaque praesertim, in quibus re ipsa hospitalitas, ceteraque administratorum munera non exerceantur; ad Episcopum quam primum deferant, cuius arbitrio parochi huius officij praetermissi poenas dabunt.

Rogamus autem Principes et magistratus omnes, ne Episcopos suo officio fungentes, & contra contumaces iure agentes impediunt; sed ea, quae decet pietate, eos omni ope & auxilio iuuent.

IN petendis eleemosynis, Hospitalium, & aliorum locorum piorum nomine, haec praecipue seruari iubemus.

Vt in illis Hospitalibus, & pijs locis re ipsa, quae debetur hospitalitas, & pia opera exerceantur.

Vt ea loca sint in illa dioecesi, in qua eleemosyna petenda sit; neque ea ad utilitatem eiusmodi locorum aliene dioecesis conuertatur.

Vt qui petet, sit eiusdem dioecesis.

Sit bona existimationis.

Non fuerit ex numero questorum, quos damnauit sancta Tridentina synodus.

Illud officium gratis, uel constituta certa mercede, præstet; nec ullo modo particeps sit eleemosynarum.

Ab Episcopo eiusdem dicecesis scriptam licentiam quotannis renouandam, impetrarit.

Qui contra, quam hoc decreto sancitum est, petierit; ab Episcopo grauiter puniatur.

Cui etiam cura erit, ut quæ eleemosyna collecta fuerint, uere in pium tantummodo eorum locorum usum, quorum nomine petite fuerint, conferantur.

IN Hospitalibus, pijsq. diuersorijs, ubi hospitalitas exercetur, mares cum fœminis, etiam specie matrimonij, nisi id certissime constet, uersari ne liceat; neue ea loca, quæ honorum subsidio sunt addita, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & istiusmodi nequissimis hominibus pateant.

MENDICI, morbum simulantes, moneantur, ut se in aliqua arte potius exercentes, inde sibi honestum uitæ subsidium comparent, quam ignauia ac desidia dediti, ostiatim, in truiuis, & in templis miserissime mendicent.

Si id recusauerint, curent Episcopi, ut eiciantur; neque illis domorum hospitalium præterea aditus pateat.

Summopere uero hortamur Principes et magistratus, reliquosq. omnes Christi fideles, ut mendicos, uere egrotos, unum in locum conducendos, ibiq. eleemosynis sustentandos, studiosissime curent.

POENAM excommunicationis eo ipso subeundam

dam proponimus notariis, scribisq. omnibus, qui testamenta, codicillos, aliasue tabulas de legatis ad pias causas, de rebus, quæ pro male partis, uel furto ablati, relictæ sunt, quas ipsi rogati conscripserint, aut ab aliis scriptas apud se habeant, nisi ad tres menses Episcopo id significauerint; iis uero, qui posthac eius generis negotia scripserint, nisi intra mensem, cuius initium fiat a morte testatoris, eidem Episcopo rem notam fecerint; eamq. particulam de legatis, uel relictis rebus descriptam, & auctoritate publica munitam, debita a mercede accepta, illi tradiderint. *Que omnia sic agantur, nisi iustum intercesserit impedimentum; quo sublato, ea, quæ supra scripta sunt, notarij exequantur. Decretum autem hoc nostrum bis quotannis ab omnibus parochis populo, sibi commisso, recitari uolumus.*

CVRENT Episcopi, ut retento pia eleemosynæ instituto tollantur publicæ illæ commensationes, ceteraq. huius generis, quæ a sodalitatibus, quas confratrias, uel confraternitates uocant præsertim intra ambitum ecclesiarum die Pentecostes, & diæ Cœnæ Domini, ac certis alijs solemnibus festis diebus, pietatis specie fieri solent, non sine bonorum offensione, proposita pœna suo arbitratu.

EPISCOPI omnem curam & operam suam conferant ad erigenda & instituenda ex auctoritate summi Pontificis loca pia, quæ Montes pietatis appellantur, in singulis ciuitatibus & insignio-

ribus oppidis, unde mutuas pecunias pauperes possint accipere.

Eaque, & quae iam constituta sunt, studiose & fideliter administranda curent.

Principes autem & magistratus obsecramus, ut ea in re Episcoporum studium & diligentiam omni ope adiuuent.

Nec in eis quidquam praeter sortem, nisi pro ministris & aliis necessarijs sumptibus, idq. ex summi Pontificis auctoritate, accipiatur.

De monialibus.

VT in monasterijs regularium mulierum, quae in religionem Deo se dicarunt, & integra conseruetur uetus disciplina, & si fortasse usquam deprauata est, restituatur; ad eamq. se se ipsae conformantes, in rerum diuinarum contemplatione liberius conquiescant: nos has pie recteq. uiuendi formulas, partim concilij Tridentini decretis traditas, partim pro ratione horum temporum ad prouinciae nostrae utilitatem constitutas, ab omnibus in hac prouincia monialibus, etiam quae Regularium cura commissae, uel alia quauis ratione Episcoporum iurisdictioni subiectae non sunt, ex facultate a summo Pontifice Pio IIII. nobis data, seruari omnino iubemus.

De

De monialium numero .

Ex Tridentini concilij iusso, unicuique monaste-
rio eum Superior monialium numerum consti-
tuat, qui pro modo & facultate loci, & consuetis e-
leemosynis sustentari commode possit; idq. intra an-
num facere studeat; neque eum numerum, nisi fa-
cta monasterio annua, quae satis sit, fructuum ac-
cessione, augeri ullo modo liceat.

Sess. 25. c. 3.
De Reg.

Monasteria, in quibus duodecim non sunt, quae
professe uelo utantur, quaeq. eum numerum pro-
prijs fructibus, aut consuetis eleemosynis alere
non possunt, transferre, & cum alijs monasterijs
eiusdem aut alterius ordinis unire studeat Episco-
pus diligenter; uocatis ad id Superioribus regula-
ribus; si modo res agatur eius monasterij, cuius cu-
ra ad illos pertineat.

Si uero eiusmodi unio minime expedire uideatur,
eum numerum monialium tempore interire, & ad
nihilum redigi sinat, adempta omnino illis monia-
libus facultate recipiendi nouitias.

Earum autem monialium monasteria, & mona-
steriorum fructus iam nunc alijs monasterijs, aut
locis, quibus ex legibus eius ordinis deberi uide-
buntur, attribuuntur.

L 4 De

De præfectis & aliis ministris monialibus.

EPISCOPI ad duos menses, posteaquam hæc constitutiones in lucem editæ erunt, Abbatissas & quascumq. præfectas, quæ suum præfecturæ officium perpetuum esse profitentur, edicto etiam, si ita iudicarint, moneant, proposita priuationis pœna, quæ ipso factò subeant, ut illæ iura, sibi a sede Apostolica concessa, ad alterum mensem ipsis, aut eorum uicarijs, ac simul illarum Superioribus, si Regularium curæ commissæ sunt, exhibeant; ut an recte se habeant, cognosci, & de ijs, si opus erit, ad summum Pontificem referri possit. Quod si eo præscripto tempore non exhibuerint; eo dignitatis gradu illas priuatas Episcopus declaret; detq. operam earum Superior, ut aliæ in earum locum rite sufficiantur.

NULLA monialis ambiat, aut ullo quouis modo, siue directe, siue indirecte per se, aut per aliã, honores, officiaue cuiusuis generis sui monasterij querat, hac constituta pœna, ut & ipsa, & quæ sibi in ea re fauerint, in Capitulo per tres sextas ferias ad pedes singularum monialium terram deosculantes, suam accusent ambitionem. ipsaq. præterea, si id officium consequuta erit, eo, ceterisq. muneribus priuetur, Superioris arbitratu. Singule, propria uoluntate deposita, & ad obtemperandum paratæ, sibiq. Dei gloriam & communem

nem monasterij utilitatem tantummodo proponentes, ad honores & officia eas eligent, quas, omni remoto humanitatis affectu spiritus sancti impulsu, ad id munus magis idoneas esse iudicauerint.

PRAEFECTA, quocumque nomine appellatur, ex Tridentini concilij decreto ne minor quadraginta annis eligatur; quæue in uita honeste laude uixerit octo annis, postquam professa est. Quod si in eodem monasterio non eiusmodi reperitur, ex alio eiusdem ordinis deligi possit. Sin autem Superiori, qui electioni præest, hoc etiam incommodum esse uideatur, Episcopo; uel alio Superiore consentiente, eligatur ex iis, quæ in eodem monasterio triginta annis maiores nati sint, quæue annis saltem quinque post professionem recte uixerit. In reliquis constitutiones singulorum ordinum monasteriorum seruentur.

Ses. 25. c. 7.

Huiusmodi præfecta, & eius uicaria, Discreta etiam, quæ alio nomine matres consilij uocantur, ubi ea a Capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragiis coram Superiore, aut eius ministro eligantur; qui extra monasterium ad cancellos, siue clauos stet, ex decreto Tridentini concilij.

c. eod.

Nequaquam autem ad hæc officia deligi possint, nisi præfecta duas ex tribus partibus calculorum tulerit, uel suffragiis, uel accessu; uicaria uero & Discreta pluribus dimidia parte suffragiis creentur.

In quibus monasteriis plures germanæ sorores sunt,

sunt, si earum una monasterio praeficitur, relique sorores, neque uicaria, neque Discreta, neque ianitrices fieri; neque scribe, aut celeraria officio fungi possint.

Minora uero officia, ueluti ianua, rota, sermonibus prepositarum, earumue, que nouitias docent, sacristia praefectarum, & que iis praesunt, que manuum industria se se exercent, illarum praeterea, que scribe, aut racionatoris munere funguntur, & que agrotis ministrant, ab eo, qui electioni praest, una cum confessore, praefecta, uicaria, & Discretis pro earum mentis conscientia, quibus opportunum uidebitur, tribuantur. quo decreto nihil derogatum sit iis monasteriis, in quibus ad huiusmodi officia Capituli suffragiis moniales deligi solent.

Earum officia, quae electae fuerint, sint duorum annorum, aut, in quibus ea esset consuetudo, ad summum trium. illis cum perfunctae fuerint, tantundem saltem temporis uacent ab officiis; nec in eisdem confirmari possint a monialibus; nisi grauis causa extiterit, iudicio Superioris probata; qui etiam eas ante tempus, officio praefinitum, inde mouere possit, si id male administrant.

Quae delectae fuerint, quemadmodum earum obedientia postulat, officia suscipiant, & eorum munera sine recusatione humiliter exequantur; quae aliter fecerint sine iusta causa, quae Superiori probata sit, iure suffragij priuentur, ut neque ipse
alias

alias eligere, neque ab aliis eligi possint, arbitrio Superioris.

PRAEFECTA monasterii, tamquam communis omnium monialium mater, ipsarum & corporis, & anime salutis diligentissime consulat; easque studiose admoneat, ut puro corde sint, uitaque integritatem seruent, & ad perfectionem uirtutum omnium contendant; si quidem quae religionem susceperunt, nisi ad summum illum gradum pro uiribus peruenire conentur, minus sane efficiunt, quam debent, pro uita & ordinis instituto, quod profiterentur. Meminerit autem sibi reddendam esse rationem iustissimo iudici erratorum, quaecumque moniales eius negligentia, aut culpa admiserint.

IN primis uero curet, ut pax & concordia sororum conseruetur, sublatis, quantum ab ea fieri poterit, omnibus dissidijs ac discordiae causis, ut, quemadmodum debent, unum corpus & unus spiritus in earum sponso Iesu Christo, perfecto charitatis uinculo colligentur.

Studeat etiam, ut singulae suo munere recte fungantur; neque ulla alterius officium occupet, nisi auxilij causa; idque ipsius iussu, & ut omnia ordine perficiantur, in primisque ut silentium horis ac locis praescriptis seruetur. si uero alicuius importunitas, aut re, aut uerbo, sororum pace perturbata, charitatem uiolarit; acerrime ab ipsa praefecta, & si opus erit, a Superiore etiam monialium puniatur & eius animi elatio edometur.

HVIC

HVIC autem prefecta, eiusue uicaria, que, illa absente, eius uim & locum obtinet, moniales omnes omnino obedientiam & obseruantiam prestent, quemadmodum earum uotum postulat.

Que uero eius iussa neglexerit, neque pœnitentiam sibi impositam adhibere uoluerit, aut superbe & iniuriose responderit, non habita eius dignitatis ratione, aut contumaciter defendendo, uel excusando, eam impedierit, quominus illas reprehendat, aut castiget, que aliquid commiserint; ut sue contumacia & insolentia graues pœnas pendat, apud Superiorem accusetur ab iis, quas Discretas appellauimus; que nisi id fecerint, flagella, discipline nomine, sibi semel adhibere, & humi cibum capere cogantur.

Singulis etiam hebdomadis prefecta monialium conuentum, siue Capitulum habeat, corrigendi causa moniales pro erratis, que ipse publice, uel in suorum officiorum munere admiserint, quorum ueniã ipse sponte, atque humiliter coram omnibus petant, eisq. pœnitentiam imponendi, aliaq. adhibendi, que earum institutis tradita sunt ad ipsas in humilitate, & sui contemptione continendas, atque ad uirtutes omnes studiose sectandas.

Caueant autem moniales, ne pœnitentiam sibi a prefecta impositam, pertinaciter recusent; ne uo superioris temporis delicta sibi inuicem iniquo animo obijciant. Que hoc commiserit, ei hoc sit pœna, ut statim ad singularum monialium pedes ter-

rans

ram exosculetur , sibiq. flagella nomine disciplina
adhibeat .

In negotiis paulo grauioribus praefecta nihil decer-
nant, nisi scientibus & consentientibus maiori ex
parte Discretis, seu Matribus consilij .

In iis uero, quae maioris sunt deliberationis, pra-
fecta uniuersum monialium Capitulum conuocent;
idq. ipsis ratum sit, quod maiori monialium parti
placuerit .

In omnibus autem tacitis suffragiis caueant mo-
niales, ne suffragij pilas, uel calculos inter se tra-
dant in manus; iis, quae id commiserint, ea poena
sit, ut priuatae Capitulo, neque eligere, neque eligi
suffragio possint, arbitrio Superioris .

Ad suffragia autem de quacumque referenda non
admittantur, nisi quae triennium post emissam pro-
fessionem in monasterio fuerint commorata .

DISCRETAE probitate & prudentia ceteris
monialibus antecellant .

Neque sint pauciores quattuor, ubi moniales plures
non sint quadraginta; quod si plures sint, saltem
sex creentur .

MONIALES reliquarum sermonibus audien-
dis eiusmodi preponantur, quae etate matura, &
spectata probitate sint . Haec diligenter, fideliterq.
suo officio fungantur; & ita loquentibus reliquis
adsistant, ut, quidquid tum intus, tum foris di-
ctum, factumue fuerit, ipsae audiant, ac studiose
animaduertant, nec enim quidquam aut ita se-
creto

creto proferri, ut eas lateat; aut quod indignum sit Dei ancillis, dici, aut fieri patientur; in quo si quidquam secus commissum fuerit earum culpa, uel negligentia, grauissima poena sui Superioris arbitrio puniantur.

NOVITIARVM curam sola magistra electa, loco, a ceteris monialibus separato, habeat; alia praeterea nulla.

Hae novitias in timore & cultu Dei, & in obseruatione religionis erudiat; coneturq. & uita exemplo que nullam habeat ansam reprehensionis, assiduisq. admonitionibus, ita eas instituere in spiritualis & sanctae uita ratione, ut progredientes, Deo adiutore, perfectae eius ancillae possint euadere. Quae autem sibi id temere assumpserit, ut aliquam ex novitiis erudiat; ius ei suffragij adimatur, ut neque eligere, neque eligi possit, quamdiu Superiori placuerit.

IANVAE septorum monasterij die clausae sint una saltem clauis; quae ab antiquiore ianitrice custodiatur, ut, cum opus fuerit, aperiri possint. Nequaquam autem aperiuntur, nisi duabus ianiticibus praesentibus. At noctu duabus clauibus diuersis claudantur, quarum altera asseruetur a praefecta, altera uero ab eadem ianitrice antiquiore. Cum autem iannae aliqua necessaria causa aperiuntur, moniales non audeant eo accedere, ut externum quidquam aspiciant, uel cum ullo omnino, aut mare, aut foemina colloquantur. Quae id ausa fuerit,

si fuerit, includatur in cellam, ubi tam diu sit, quam diu Superiori uidebitur. qua poena etiam plectatur ea, quae ianua praeposita est, si aut id permiserit, aut eiusmodi petulantiam statim ad Superiorem non detulerit.

QVO tempore mutantur officia; una, aut due moniales maturae ac prudentes praesciantur monialium laboribus.

Haec ad rotam recipiant, quae elaboranda sunt; iisque distribuant, quae ad id opus faciendum sunt idoneae: quibus perfectis, ea ex eadem rota restituant iis, quorum sunt, accepta mercede, semper ea presente, quae rotae est praeposita.

Nulla praeterea quidquam, quod elaborandum sit, ne cognatorum quidem, aut affinium, accipiat. quae contra fecerit, singulis uicibus sibi flagella disciplinae nomine adhibeat eo loco, quo moniales operibus elaborandis exercentur.

Si quae uel morbo, uel iusta alia causa non impedita, pigritia, uel desidia, aut pertinacia quadam ab huiusmodi laboribus abstinuerit; obsonio praeuertur totum id tempus, quo labori non incubuerit.

In loco item, ubi moniales in laboribus exercentur, lectio quottidie adhibeatur; qua absoluta, inter se conferant, quae audierint, certatimque cunctis uitiis, ad uirtutes consequendas se ipsas cohortentur.

Curet laborum magistra, ne sermones, aut cantus profani, aut a monialium conditione, & instituto abhorrentes, inferantur.

PRAE-

PRAEFECTAE, etiam si earum officium sit perpetuum, scribae, ac reliquae, quae monasterii bona quocumque modo administrant, fideliter & accurate eorum rationem perscriptam habeant.

Singulisq. tribus mensibus ad Capitulum summam referant rationes accepti, & expensi; ut omnes, quo modo se res monasterii habeant, intelligere possint. Verum quotannis rationem rerum omnium, quas administrarint, separatim Superiori reddant, aut eius vicario, ac, si fuerint, monasterii curatoribus deputatis. Quae autem aut sibi vindicant, aut perperam perdidit monasterii bona, Superioris arbitrato acerrime puniantur.

Vt autem nulla fraudis occasio relinquatur; in singulis monasteriis singula capse constituentur ad hunc usum, ut in illis communis pecunia collocetur: quae duabus clauibus, iis inter se diuersis; clausae sint; quarum altera a praefecta monasterii, altera a maiori Discreta asseruetur. Nec uero capsula aperiri, aut in ea poni pecunia, aut inde auferri possit; nisi & praefecta, & maior Discreta, & scriba monialis, quae eius rationem ineat, interfuerint.

Duabus item clauibus, iisq. diuersis, horrei, & eius loci, ubi farina asseruetur, ostia concludantur: quae singula a singulis matribus, ei officio prepositis, custodiantur. Ea autem semper adsint, cum triticum, uel farina importatur, uel exportatur.

PRAE-

PRAEFECTA et moniales bona monasterij alienare, permutare, locare, aut contrahere nullo modo possiat; nisi sciente, consentiente, ac praesente eorum Superiore, aut eius uicario; seruatis item ceteris, quae iure seruari debent; aliter contractus irritus, ac nullus sit.

Neque item edificare, nisi consentientibus Superiore, ac ciuibus monasterij curatoribus, qui operam dabunt, ut id quam minimo sumptu, commode, ac decenter fiat.

Quae praeposita sunt curae agrotantium, pias & misericordes se illis prebeant, quanta maxima possunt, & patientia, & diligentia; ac tales se illis praestent, quales ceteras uellent, si ipsae agrotarent.

Agrotis cibis, & medicamenta opportuna a praefecta, & ab electis ad id ministris ita adhibeantur, ut monasterij facultates tulerint.

Praefecta autem charitatis causa eas quotidie uisitet, ut, & solatio sit, et melius ab eis cognoscat, ac curet, quae ipsis sint necessaria.

Si uero aliqua moritur, confessor cum comite, quem Superior approbarit, ingrediatur septa monasterij tunc, cum eius corpus ad sepulturam dandum fuerit; pieq. ac celeriter, quod eo tempore persolendum sit, officio fungatur.

De puellis ad religionem admittendis.

CUM primum puellae ad suscipiendum, sacrum habitum offeruntur; monialium praefecta parentes,

M rentes,

Sess. 25. c.
18. de Reg.
& monial.

178 C O N S T I T U T I O N U M

rentes, uel eos, quorum cura commissæ sunt, admo-
neat excommunicationis; qua proposita est a sacro
Tridentino cōcilio iis, qui suas puellas, uel alias
inuittas eum cogunt suscipere, aut profiteri religio-
nem: idem ab earum Superiore fiat, cum eius con-
sensus requiretur.

In iis monasteriis, in quibus moniales pauciores
sint quinquaginta, duæ tantum germanæ sorores,
aut tres, quæ sint unius generis ac familiæ, recipi
possint.

Vbi uero plures sunt quinquaginta monialibus, ibi
tres tantummodo sorores, aut quatuor eiusdem fa-
miliæ recipi liceat; si ita monialium Capitulo ui-
deatur.

Præfecta & moniales de puella, earum suffragiis
ad suscipiendam religionem admittenda, quidquã
polliceri, aut Capitulum cogere non audeant, prius
quam libero loco ab Episcopo, aut ab eo, cui ipse id
munus delegarit, puella secreto examinata, ac pro-
bata, facultatem suscipiendi in eo monasterio reli-
gionem scripto consequuta fuerit, consentiente etiã
illius monasterij Superiore. Ab iis autem omnibus
prius diligenter inquiratur de moribus, uita, etate,
quæ maior sit duodecim annis, ac de libera & pia
uoluntate puella. Quæ anno saltem antequam exa-
minetur, & monialium Capitulo admittenda pro-
ponatur; propositum religionis suscipienda in eo
monasterio, & Episcopo, & monialibus, earumq.
Superiori patefecerit, ut interim huiusmodi inqui-
sitio

sitio mature fieri possit. Quo etiam tempore ipsa confessori illius monasterii, aut cui Episcopus eiusmodi munus puellas has audiendi commiserit, semel singulis mensibus peccata sua confiteatur, sacrosanctamq. sumat Eucharistiam, ac per sepe moniales in locis colloctionum alloquatur; ut ab eistum explorari accuratius, tum admoneri melius possit de omnibus, quaecumque illi agenda & ferenda erunt religionis causa intra septa monasteriorum; ne ullo umquam tempore conqueri, & inscientiam excusare possit.

De puella admittenda ad suscipiendam religionem, ac mox etiam nouitia ad professionem, ferantur tacita suffragia; ut singula moniales, nullo affectu impedita, libere sua conscientia possint satisfacere.

Nec uero huiusmodi puella ad religionem, neue nouitia ad professionem recipiatur; nisi duas ex tribus partibus suffragiorum tulerit.

Puelle ad religionem admissio, aliter facta, quam prescriptum sit, irrita sit, & nulla.

Prefecta uero, cuius culpa, uel negligentia id factum fuerit, ab officii administratione submota, uel etiam ad sex menses eo ipso priuata esse intelligatur.

Prefecta autem statim de suffragiorum exitu Superiorem admoneat; ut in librum, ad huiusmodi usum institutum eius nomen, que recepta sit, ab eo referatur.

CVM primum suffragijs Capituli aliqua recepta est; statim omnes uestium delicias, & inanem ornatum deponat; & nigro, uel fusco uestitu, aut albo, at non serico induatur, ea modestia & submissione; ut omnes intelligant, eam mundo renuntiasse, ut Deo religiose inseruiat. quo uestitu semper utatur; donec in monasterium introeat, & interea a choreis & spectaculis inanibus abstinereat.

Quæ uero eo modo, quo diximus, recepta fuerit, monialium uestibus in monasterio indui non possit; nisi sex mensibus, postquam recepta fuerit, idq. concessu Episcopi, & monialium Superioris; quibus liberum sit, uel producere, uel contrahere illud semestre tempus, quemadmodum eis expedire uidebitur.

Tumultus autem euitandi causa, deducatur mane ad monasterium ab intimis propinquis mulieribus, nulla pompa, nulloq. inuitatu aliorum, & sola introducatur in ecclesiam interiorem monasterij: Missaq. audita, & sumpta communionem, ceterisq. solemnibus ceremoniis adhibitis, coram reliquis monialibus, a Superiore, aut monasterij confessore uestiatur, qui illam a deo grauem, sacramq. actionem aliquo pio sermone prosequatur. Quod etiam in professione seruetur. Superior, siue confessor hanc cautionem adhibeat, ne puella nouitiæ nomen gentilium seminarum imponat; sed sanctarum, quæ ab Ecclesia celebrantur.

Quæ

Que puella postquam monialium uestem suscepit, amplius e monasterij septis exire non possit; nisi fortasse nondum professam panueret in monasterium introisse. Si uero semel exierit, nulla illi in posterum facultas redeundi concedatur.

Nouitia causa ante professionem ex decreto Tridentini concilij nihil monasterio datur, prater id, quod necessarium sit ad uictum & uestitum eius temporis, quo fuerit in nouitiatu; quod totum representari uolumus, antequam puella in monasterium ingrediatur.

Sess. 25. c. 16.

De nouitiis ad professionem recipiendis.

Q VONIAM ex Tridentini concilij decreto professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annum probationis post susceptum habitum facta, nulla est, nullamq. parit obligationem; curent Episcopi, ne nouitia ulla ante illam aetatem & tempus ad professionem admittatur. Prefecta autem monasterio triginta ante diebus Episcopo significet, quo tempore nouitia professura sit; ut, uel ipse, uel si is abest, impediturue, alius, cui ille id negotij dederit, nouitie uoluntatem cognoscat; perspiciatq. an eiusmodi condicionibus sit, quas monasterij illius & ordinis regula postulat; an item monasterium idoneum; ei denique demonstret, quam grauis ea res sit, quamue multas res tria illa religionis uota requirant; ut ea, antequam ad professionem recipiatur, uinculi uim in-

c. 15.

M 3 intelligat.

61. *telligat, quo se obstringi uult. Si profecta id facere neglexerit, eiusdem Tridentini concilij decreto ab eius officio tamdiu amoueat, quoad Episcopo uidebitur.*

Nouitia ne examinetur intra septa monasterij, sed extra, in publica eius monasterij ecclesia, ut libere & fidenter suam uoluntatem exponere possit.

Quod uero professione facta, elemosyna gratia ad professam sustentandam monasterio datur; id quo tempore puella religionis habitum suscipiet, apud uirum, monialibus, & earum Superiori probatum, deponatur; ut nullo impedimento tum monialibus praeesto esse possit.

Nulla autem renunciatio bonis a nouitia fiat; nisi, quemadmodum a concilio Tridentino iussum est, facultate ab Episcopo, uel eius uicario permessa, ad duos proximos menses ante professionem fiat.

Et quoniam, quae moniales, professione facta, uelut susceperunt; quotidie suae religionis diuinum officium dicere debent; nulla ad professionem admittatur, quae congrue legere & officium dicere nesciat. id autem experiri debebit is, cuius officium est eas examinandi, qui, se praesente, eam legere iubebit.

Professionis autem & diei, & anni, quo facta est, in libro, ad eum usum confecto, memoria conseruetur, manu eius monialis, quae scribe officio fungitur; adhibita subscriptione eius, quae professa sit,
si

si modo scribere sciuerit, & Superioris, qui eam admiserit.

Quod die puella profitetur, uel monialem habitum induit, in foresterijs, adibusq. monialium, ab eius propinquis & amicis conuiuia ne fiant, neue bella ria dentur.

De diuinis officiis, precationibus & lectione monialium.

CVM ad sanctimoniales ualde pertineat laudare assidue DEVM creatorem, conseruato-rem, & redemptorem mundi, eidemq. gratias agere, & supplicare, ut suam misericordiam omnibus hominibus ad salutem impertiat; idcirco moniales omnes die noctuq. chorum frequentent; sacrisq. officijs distincte, attenteq. ab ipsis & uoce, & pio animi affectu celebrandis, intersint; illis solum exceptis, quarum praefecta iusti impedimenti excusationem acceperit.

Adsint autem singula initio diuinorum officiorum, congruenti sui ordinis uestitu induta, in suis ac proprijs locis, & usque ad finem persistant; non prius inde discedentes, quam praefecta, aut uice eius alia, discessus significationem fecerit; nisi necessitate aliud postulante, id eadem permiserit.

Soni, cantus, qui honesti & spirituales non sint, colloquia etiam risus, quidquid praeterea indignum est domo DEI, & eius diuina maiestate, cum qua colloquimur in oratione, omnino amoueantur.

M 4 Quocum-

Quacumque autem contra hac, que iussa sunt, aliquid fecerit, praefecta arburio pro modo culpa acriter puniatur.

Et quia mentis oratio tanto praestantior ea, que solum ore exprimitur, quanto anima est excellentior corpore; piis incredibile solatium affert, & fructum; eosq. quotidie nouis cumulat muneribus, in Deum quodam modo conuertens: ideo moniales & Velatae & Conuersae praeter horas canonicas, aliasq. orationes, quas ex officio habere debent, quotidie in chorum uniuersae conuenientes, nisi necessario impediuntur, saltem per horam, mentalem orationem adhibeant; semihora uidelicet post matutinum, itemq. post nonam, aut completorium; sublatis ad Deum mentibus piis & salutaribus rebus contemplandis: praesertim uero uitam, doctrinamq. D. N. IESV CHRISTI, atque eius sancta mysteria studiose meditabuntur, passionem uidelicet, mortem, resurrectionem, ascensum in caelum, extremum aduentum ad iudicium, beatorum gloriam, & damnatorum supplicia, aliaq. eiusmodi, que ad Dei gloriam, & propriam proximorumq. salutem pertineant.

QUONIAM uero a Tridentina sancta synodo prohibetur, ne in choro, uel monasterii septis, sed in ecclesia publica sanctissimum Christi corpus conseruetur; efficiant Superiores, ut eiusmodi decreto ubiq. obtemperetur.

DIEBUS festis ut otium, a quo mala omnia oriuntur,

untur, punitur; moniales tempus, quod sibi a diu-
nis officiis & consuetis orationibus superfuerit, in
sacra aliqua lectione consumant, quæ ad Dei, &
sui ipsius cognitionem eas ducat, uiamq. monstret
perfectionis & æterna uitæ; idq. uel separatim, uel
coniunctim faciant, cum huiusmodi lectio suauis
& fructuosa sit animarum oblectatio, uitia coer-
ceat, ad uirtutes inflammet, contra autem inani-
um librorum lectio mentes corrumpat.

Quod ne accidat, Superior, aut confessor omnes
monasterii libros perspicuat, & recognoscat, sin-
gulas moniales in uirtute obedientiæ suos præferre
cogens.

De communi uitæ usu, ac de proprie-
tate tollenda.

IN omnibus monasteriis, quod ad cibum, potum
somnia, uestitum, ceterasq. res attinet, omnes c. 2.
communiter uiuant, ut a sacro Tridentino concilio
decretum est; neque quidquam inter eas differat,
aut alia alii præferatur, aut posthabeatur, quem-
admodum uotum paupertatis postulat; ut tuum, &
meum, atque omnis priuata rerum possessio & re,
& uerbo omnino tollatur, omnis etiam superuaca-
neus, & inanis rerum usus; neque ulla sit, quæ
quidquam possideat, aut adhibeat, ut proprium,
etiam si ad necessitatem concessum sit. Omnes
itaque monasterij præueniunt, cuiuscumque gene-
ris sint, elemosinæ etiam & quæuis ex lateri-
bus;

bus; liuelli prater ea, legata & bona mobilia & immobilia, que testamento relicta, & que donationis, uel alia quauis causa obtinuerint, a singulis monialibus ad communem monasterii utilitatem conferantur. prefecta uero pro sua prudentia & humanitate ex illis ipsis bonis eius necessitati potissimum consulat, ad quam pertinerent, nisi obstarer paupertatis uotum.

Uig. omnis proprietatis occasio tollatur de monasteriis; confessores, ac prefecta, uoti paupertatis accuratius seruandi gratia, monialibus suadere studebunt, ut curent omnes vestes lineas, laneas, uel pelliceas, aut cuiusuis generis in communi loco asseruandas; duasq. ex monialibus, quo tempore mutantur officia, iis excutiendis, purgandis & sarcieendis praeficiendas; que etiam sororibus in singulas hebdomadas pro tempore, et, ut usus feret, eas distribuunt; nullaq. uestes apud se habeat, praeter eas, que ad quotidianum usum sunt necessariae.

Aegrotarum uero vestes, contagionis nomine suspectae, separatim custodiantur, aut apud illas ipsas relinquuntur.

Dona, que singulis mittantur, ad prefectam adferantur; nec ulla possit illa accipere, aut ad usum adhibere, nisi sciente et consentiente prefecta, que in id omnino incumbere debet, ut ex monasterio uitium proprietatis, tamquam multorum malorum causam, euellat; neque cuique permittat, ut pecuniam apud se habeat.

TER

T
cum
mon
laq
tur
Q
con
pra
ian
nial
co, q
qua
Si
fm
ap
e
ue
M
na
ste
usu
non
sem
affig
In q
cult
notio
largi

TER autem in singulos annos, Praefecta una cum Discretis, cellas & suppellectilem singularum monialium diligenter inquirat; & scrutetur, ne ulla quidquam habeat proprij, aut plus quam quantum ei ad suum usum concessum fuerit.

Quod si quae proprij aliquid tenere deprehensa, aut conuicta fuerit; ea biennio actiua & passiua uoce priuata sit ex Tridentini concilij decreto; atque etiam iuxta suae regulae & ordinis constitutiones puniatur; multoq. magis, quae ex communi, aut ex eo, quod alicuius usui tributum sit, furtim sibi aliquid uindicauerit. c.2.

Si praeterea speculum, catellus, unguenta, aut suffimenta, & huiusmodi inanium rerum quidquam apud aliquam repperitum fuerit; Superior statim id e monasterio auferendum, et eam apud quam inuentum fuerit, acriter puniendam curabit.

Monialis siue uelata, siue conuersa sit, eleemosynam dare, largiri, aut uendere esculentas res, uestes, aut bona, cuiusuis generis sint, etiam si ad usum ei attributa sint, aut etiam legare omnino non possit. Quae secus fecerit, uelum ei per mensam adimatur; ac ter se uerberibus ad disciplinam affligere cogatur.

In quo tamen integrum sit praefecta concedere facultatem, cui concedi debere iudicarit, aliquid deuotionis, ac religionis causa, uel aliud exiguum enlargiendi propinquis, aut bene merentibus.

AD sonitum minoris campanae omnes conueniant

niant ad benedictionem mensa, quam praefecta, uel uicaria, uel, ipsis absentibus, antiquior Discreta faciat.

Deinde loco et ordine discumbentes non prius discedant, quam Deo gratia acta fuerint. quae non obedierit, uno die obsonio priuatur; ac postremo loco in mensa sedere cogatur.

Mane, & uesperis ad primam, ac secundam mensam aliquis spiritualis liber, qui ad religionem incendat, quotidie legatur, omnibus discumbentibus, cum silentio & attentatione audientibus; ut una cum corpore mens etiam recreetur.

Vniuersa moniales, si fieri possit, uno loco dormiant, a praefecta, aut a uicaria optime concluso; cuius clauis ab ipsa praefecta asseruentur.

Singula autem in singulis lectis omnino dormiant, & in singulis etiam cellis; si tanta ibi sit copia cellarum, ut omnes capere possint.

Cellae uero diu, noctuq. apertae sint; ut praefecta in singulas horas inspicere eas possit.

Dato autem signo eundi cubitum, locoq. ubi dormitur, clauso, praefecta, aut eius uicaria, aut aliqua ex Discretis, omnes cellas uisitet; ut, an omnes suis dormiant locis, animaduertat.

De clausura, & quae ad eam tuendam aliqua ratione pertinent.

MONIALIBVS nulla quidem nimia diligentia uideri debet ad eius thesauri custodiam,

diam, cuius causa propinquis, rei familiari, ac terrenis omnibus rebus, curisq. renunciantes, in septa monasterij se incluserunt.

Vt igitur sanctum earum propositum, ea ex parte, qua diaboli insidiis maxime patet, communiatur; curent Episcopi, ut ad omnes fenestellas, ubi colloquendum sit, duo ferrei clatri, seu cancelli construantur; qui saltem palmo distent, alter ab altero.

Inter uirgas ferreas, quibus singuli cancelli compacti sunt, non plus omnino, quam uncia intersit. Sint autem uirga ita solida, ut neque facile frangi, neque flecti possint.

Intimo uero cancello, quo moniales ad colloquendum accedunt, ferrea lamina appingatur, qua moueri nequeat; sitq. exiguis foraminibus, ad audiendi tantum commoditatem perforata, cui lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestrae, qua aperiri possit, cum erit colloquendum, apponatur.

In ea lamina fieri possit quadrata fenestellula nouem tantummodo unciarum, cuius clauis a praefecta custodiat; neque eam fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendum sit cum Episcopo, uel ordinis Superioribus, aut cum parentibus, & fratribus monialium, & aliis arcta propinquitate generis coniunctis; aut cum instrumentum aliquod confici, uel sacrum sermonem audiri oporteat.

Quod

Quod uero ad huius fenestellula concessionem at-
tinet, excepta sint monasteria, quorum moniales
uel lege, uel consuetudine ab externis hominibus
conspici numquam solent.

Ostia locorum, quae collocutioni solum & intus, &
foris sunt attributa, semper clausa sint; quorum
clauēs sint apud antiquissimam earum moniali-
um, quae audiendis sermonibus sint praepositae; nec,
nisi, cum opus sit longiori collocutione, aperiuntur.
ceterum ianitrix ex clatrata ianua fenestellula,
ianua tamen clausa, rotariae ex rota, responde-
bunt pulsantibus.

Loca autem intus, & foris collocutioni attributa,
cum ibi sint, qui loquantur, semper pateantur, ut,
quinam sint, uideri possint.

OSTIA, per quae a septis monasterij in exte-
riorem ecclesiam patet aditus, ad mensum muro
obstruantur. Si quid in hoc praesente culpa, uel ne-
gligentia commissum fuerit; ea & officio, & uelo
Superioris arbitrio priuetur.

OMNES fenestrae, et cancelli, et quicumque lo-
cus per quem moniales externam ecclesiam intro-
spicere possint, in aedificentur, praeter fenestram, in
qua collocata est rota, & fenestellulam ad solum sa-
cro sanctae Eucharistiae sumendae usum constitutam,
ac illam fenestram, per quam corpus & sangui-
nem Domini nostri Iesu Christi, a sacerdote cele-
brante elatum, aspiciere possint.

Ea fenestra perpetuo lineo panno contacta sit, qui
tantum-

tantummodo, cum sustollitur sacrosancta Eucharistia, amoveatur. fenestra autem ratio sit eiusmodi, ut sacerdos ex altari moniales intueri nequeat.

CURRENT Episcopi, & alij Superiores, ne e vicinorum aedibus, quicumque illi sint, monasteria inspiciantur; maxime uero si fratrum cuiusuis ordinis, aut presbyterorum aedes illis immineant: quo casu parietes altius tolli, et novos adificari iubeant eorum sumptibus, quorum Episcopi, & ij, qui monasteriorum curatores sint, interesse iudicauerint, quacumque appellatione remota.

Quamobrem etiam secularium principum auxilium implorent, ut monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberis, secure per monasterium ambulare liceat.

Regulares uiri in posterum, ne in ea loca migrent; neue areas, monasteriis monialium proximas, & adificandi causa emant, unde monialium aspectus fieri possit.

Moniales item monasteriorum adificatione uicina regularium uirorum aedibus, aut iis locis, unde ipsa ab illis inspicere possint, in posterum prohibemus. Aedes, proxima monasteriis sanctimonialium, famosis mulieribus ne locentur.

Neue ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi, & huiusmodi profane res, et inanes exerceantur, quae eas sacro officio auocare, aut ipsis offensionis causam praeberere possint.

QVEMADMODVM a sacro Tridentino concilio

Sess. 25. de
Reg. c. 5.

cilio sancitum est, moniali professe nulla ratione e monasterij septis egredi liceat; nisi ex causa legitima, quæ ab Episcopo probata sit.

Huiusmodi uero licentia egrediendi nullo pacto permittatur; nisi id grauissima res, & summa necessitas postularit; neque ijs monialibus, quibus nisi, ex summi Pontificis concessu, egredi fas est.

Apostata, fugitiue, & delicti causa eiecta monasteriis, quæ cum sacro uestitu, aut sine eo uagantur, non sine scandalo religionis; ab Episcopis, ceterisq. earum Superioribus, petito etiam secularium principum auxilio, ad sua monasteria redire cogantur; ut ibi dignas pœnas pendant suorum scelerum. Quod si Superioribus in monasteria restitui debere minime uideantur; in earum mulierum numerum, quas Cõuertitas uocant, sum bonis, quæ attulerunt ad monasterium, adscribantur. ea autem bona, illis mortuis, priori monasterio restituantur.

Si quæ monialis in monasterii septa marem, aut feminam, cuiusuis etatis, condicionisue, etiam si matres, aut sorores sint, introduxerit; tribus mensibus in carcerem concludatur; eiq. singulis sextis feriis ieiunanti, nihil præter panem & aquam ad cibum et potum adhibeatur, atque ad annum uelum adimatur. Eandem pœnam subeant, quæ rote, & ianue propositæ fuerint; præfictæ etiam, et quæuis aliæ, quarum consensu id commissum sit.

Quicum

Quicumque uero clericus, siue ſecularis, ſiue regularis, cuiuſcumque ordinis, aut laicus cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, gradus, condicionis, ipſarum monialium ſepta interdium, uel noctu introire auſus fuerit; præter excommunicationis pœnam, quam ex concilij Tridentini decreto ipſo iure ſu-
 bit; alyſ etiam grauiffimis pœnis, habita perſonæ, criminisq. ratione, puniatur. Et ſi eccleſiaſticus ſit, aut beneficia obtineat, ſuorum etiam ordinum munere ex Ordinarij uoluntate prohibeatur ſuiſq. omnibus beneficijs priuetur. quo decreto excipimus eos, quibus ob neceſſariam monaſterio eorum operam & induſtriam Superior ſepta ingrediendi facultatem, quotannis renouandam, ſcripto permiferit. Is autem meminere ſibi a Tri-
 dentino concilio ius ademptum eſſe eiſmodi facultates concedendi, niſi in caſibus neceſſarijs; ideoq. caueat, ne, que intus officia moniales obire poſſunt, ad ea præſtanda externi in ſepta monaſterij introducantur. atque ut in hac neceſſitate dignoſcenda una eademq. ratio ubiq. ſeruetur, & ille facile concedendi uſus coerceatur; Epiſcopus adhibitis in cõſilium omnibus monaſteriorum Superioribus, etiã regularibus, ſtatuat, ac præſcribat, que opera in monaſterijs neceſſarium externorum ingreſſum requirant. quam uero rationem in hac re præſcripſerit; ea ab omnibus, etiam Regularibus, inuolante ſeruetur.

c.cod.

c.cod.

INTRA ſepta monaſterij mares & fœminæ eius
 N iusuis

iusuis generis, etiam si ipsis monialibus inseruiant, uel sint etate confecti, nulla de causa pernoctare possint, proposita pœna excommunicationis lata sententia, quam & is, qui pernoctarit, & præfecta, quæ id permiserit, subeat; quibus addantur aliæ pœna Superioris arbitrata.

Neue intus in eisdem septis boues, equos, & iumenta cuiusuis generis alant.

Si contra fiet, præfecta tres menses ab officij sui munere amoveatur.

MONIALES cum nemine externo omnino colloquantur; nisi is licentiam scriptam, & obsignatam a Superiore monasterij, aut ab eo, quem is suo nomine substituerit, atque in cancellaria Episcopali gratis descriptam attulerit. Quæ contra id fecerit, priuetur trium mensium facultate loquendi cum externis omnibus cuiusuis sexus, etiã propinquis; cogaturq. singulis sextis ferijs eius temporis, disciplina nomine, flagella sibi publice adhibere, & orare eo psalmo, *Misere mei Deus*. Licentiæ autem, scripto permissæ, accipiantur ab ijs, quæ rotæ sint præpositæ; priusq. ad præfectam deferantur, quam illæ accersantur, quæ scripto nominatæ sint. Præfecta ubi scriptum legerit, manumq. et signum eius agnouerit, cuius officium sit facultatem colloquendi concedere, benedictione adhibita, permittat ijs, quæ scripto nominentur, ut cum illis tantummodo loquantur, qui nominatim descripti sint; idq. ad communem colloquutionis festellam,

nestellam, non ad ianuam, neque in ecclesia, aut alibi, presentibus semper monialibus arbitris ei muneri praefectis. Quae uero ad colloquendum accesserint, breui finem loquendi faciant; caueantque ne tempus, quo nihil est pretiosius, inani, aut inutili sermone consumant.

NON est ferendum, ut moniales, praesertim sacris diebus, aberrantes ab oratione, ceterisque pijs exercitationibus, sermonibus minime necessariis tempus consumant: idcirco, quibus diebus sumitur sacrosancta Eucharistia, & quoties dies festi ex precepto Ecclesiae celebrantur, tempore etiam Aduentus & Quadragesimae, in uigilijs praeterea de precepto, omni denique tempore, cum diuina sunt officia, moniales cum externo nemine omnino colloqui possint, nisi necessitas ita postulet.

MONIALES uero tam quae audiendis sermonibus praeposita sunt, quam illae, quae loquentur, ne monasterium absurdis & inanibus rumoribus compleatur, cum nemine omnino communicent, quae ab externis acceperint, nisi cum praefecta, si eis expedire uidebitur, ut aliqua ad eam referantur.

VIGILENT praefecta, & quae sermonibus audiendis praeposita sunt, ne quisquam ad colloquendum cum monialibus accedat, simulato eius nomine, qui scripta licentia nominatur. Quod si id a quoquam commissum fuerit, is ab Episcopo; quae uero cum eo collocuta fuerit, & quae scientes permiserint, a suo Superiore, harum constitutionum pra-

N 2 scripto,

scripto, graui pœna eorum arbitratu afficiãtur.

QUICVMQVE uero clericus siue secularis, siue regularis, cuiuscumque ordinis, aut laicus cuiuscumque status, dignitatis, gradus & conditionis ad monialium monasteria accesserit, & cum earum aliqua, non impetrata, ut præscriptum est, colloquendi facultate, sermonem habuerit, grauius puniatur.

Hoc autem edicto neque patres, neque fratres tene ri uolumus, quibus non impetrata illa colloquendi facultate, sed seruatis ceteris regulis, hac ipsa de re laicis, cum filiabus & sororibus tantum colloqui, non tamen septa umquam ingredi, licebit.

NEMINI omnino neque sacro, neque profano, neque mari, neque scemina liceat adire monasteria monialium docendi causa tantum, quem figuratum uocant.

In iis tamen monasteriis, in quibus non in exteriori ecclesia a secularibus, sed intus a monialibus organo sonatur, permittere poterit Superior alicui uiro, moribus & etate ab Episcopo probato, ut foris ad fenestellam collocutionis monialem organistam tantum sonandi artem edoceat, si in eo studij genere plus proficere necesse habeat.

Hoc autem intus, ad ipsam fenestellam discens, commorabitur; cui semper adsistent due ex iis, que audiendis sermonibus præposita sunt.

Que contra fecerit, siue præfecta, siue alia; uelo priuetur; aliisq. præterea pœnis afficiatur, arbitra-

tu

ri Superioris .

Organum autem in posterum ne constituatur; nisi locus, in quo apte locetur, Superioris iudicio ante probetur .

Prohibentur etiam moniales ipsa intus, aut per alios foris sonare musicis instrumentis, præter organa, & harpichordium, quo ars organo sonandi discitur .

NE liceat monialibus depositi, aut custodiæ causa, in monasterio habere pecuniam, gemmas, uestes, aut eius generis res ullas cuiusvis personæ, nec uasa quidem florum, aut fruticum .

Quod si quæ in presenti habeant, ut omnis incommodi causa tollatur, ad tres menses, quibus debent, ea restituant .

Contumacibus, aut negligentibus pœna sit; præfatis, officij, ceteris, ueli spoliatio .

MONIALES, ne animi quidem relaxandi causa, secularium uiri li, aut muliebri uestitu utantur, cum dedeceat Dei famulas, uestes, ab earum professione alienas, induere. uerum, decoro semper seruato omnium & temporum, & actionum, permittente præfata, honeste, &, quemadmodum sacras Deo uirgines decet, animum remittere licebit .

MONIALES etiam ne offulas, aut cetera huiusmodi conficiant donandi gratia, prohibemus propter temporis iacturam, & sumptum, qui in eas impenditur. Quæ contra decretum, aliud com-

N 3 miserit,

miserit, uel permiserit, Superioris arbitratu puniatur; maxime uero in praefectam animaduertatur.

*N*ULLI moniali fas sit ad quemquam secreto littera scribere, praeter Superiorem et Episcopum si de aliqua graui re esset admonendus.

Neque ad se missas litteras aperire, & legere, nisi praefecta prius eas coram uicaria legerit; aut se presente legi iusserit.

Quae contra hanc legem aut scripserit, aut acceperit litteras; per duos menses e sua cella pedem non efferat; & singulis sextis feriis, ita ieiunare cogatur; ut tantum pane & aqua uescatur. Ac si ea littera suspicionem aliquam criminis haberent ea, ad quam scriptae fuerunt, praeter praedictam poenam, sex menses & facultate loquendi ad fenestellam monialium collocutionis, & uelo priuetur.

Verum ne praefecta falli possit, fictis, ei litteris, ostensis, quae aliae sint ab acceptis, & ab illis, per quas responsum est; quae rota praeposita fuerint, omnes accipient litteras, quae ad monasterium peruenerint; easq. statim ad praefectam afferent; a qua etiam litteras, a monialibus scriptas, accipient clausas, & obsignatas coram eadem ipsa, quas deinceps nuncijs externis tradent.

De

De conuersis.

CONVERSIS, minimum quadraginta annos natis, & Superiori probatis, facultas sit excundi e septis monasterij, propter negotia monasterio necessaria; permittente tamen praefecta, quotiescumque excundem fuerit.

Cui etiam liberum sit, eas, si ita uidebitur, intra septa semper retinere. quod ut faciat, si modo possit, eam uehementer cohortamur.

Ad funera autem ne prodeat, nisi quae ordinis sint mendicantium.

Exeuntes uero bina prodeant; neque longius discedant, altera ab altera, quam ut se inuicem aspicerent, & audire possint.

Quibus si ex urbe egredi contigerit, semper in eodem lecto somnum capiant.

Caueantq. ne in cuiusquam famosae personae domum introeant, etiam si illa de monasterio bene merita fuerit.

Neue in domicilijs, ubi aliae honestae mulieres non habitent, pernoctent.

Neue litteras, aut mandata clam perferant.

Aut quidquam inane monialibus renuncient, quod foris uiderint, aut audierint.

Delinquentibus poena sit, carcer, aut etiam grauior arbitrata Superioris.

De puellis sæcularibus, quæ in monasteriis
educantur.

PVELLAE sæculares cuiusuis generis, condi-
tionis & ætatis, quæ nunc in clausura monaste-
rii, educationis, aliæque causa commorantur, post
annum e monasterio exire cogantur, nisi omnibus
his prædita, quæ ad suscipiendam religionem, mona-
sterii institutis, Tridentini concilii, & harum con-
stitutionum decretis requiruntur, monachalem ue-
stem sumere uoluerint. Episcopis tamen facultas
permittitur probabili de causa prorogandi tempus
suo arbitrato, consentiente Superiore regulari in
iis monasteriis, quæ ei subiecta fuerint.

In posterum puella, educationis causa, in monaste-
ria ne recipiantur sine licentia, scripto permissa
ab Episcopo, ac Superiore regulari, si ei subiectum
fuerit monasterium, cui etiam prius accesserit scri-
ptus Metropolitanæ consensus.

Hac autem licentia non concedatur puellis, quæ
habeant, a quibus regi, & educari commode pos-
sint; aut iis, quæ decimum annum non compleue-
rint, aut maioribus quindecim annis.

Quæ semel exeunt e monasterio, amplius aut in il-
lud; aut in nllum præterea aliud admitti non pos-
sint; nisi cum moniales fieri uoluerint.

Huiusmodi autem puella nigri tantummodo, aut
fusci, uel albi coloris uestes, non sericas, adhibeant.
nullo præterea exquisito ornamenti genere utan-

tur;

tur; ne sint cincinnata; neue habeant in aures, nec monialia, aut eius generis inanes delicias.

Cum propinquis, aliisue externis ne colloquantur; nisi eisdem seruatis, quæ supra de monialibus eo in genere decreta sunt.

Dormiant, cibum capiant, uersenturq. loco separato a monialibus, iis exceptis, quæ ipsis regendis, & instituendis præpositæ sunt; cum nullaq. moniali consuetudinem habeant, præterquam in ecclesia, cum Missa, aut diuina officia celebrantur.

Puellarum alimenti & educationis causa quotannis monasterio non minus soluatur triginta aureis cuius pecunie dimidium in singulos sex menses representetur. quod si ea pecunia per ipsos sex menses non numerata fuerit; puellæ ad suos remittantur, quos magistratus monasterio omnino satisfacere cogant.

Quæcumque ex iis puellis monialis fieri uoluerit, ad propinquos suos mittatur, aut ad eos, qui ipsius curam habent, apud quos saltem per mensem maneat, priusquam ab Episcopo, aut ab eius ministris examinetur. idque, ut facilius, ac melius eius libera uoluntas exquiri & explorari possit.

Puellas uero, domi suæ foris uiuentes, neque litteras, neque ullam omnino artem monialibus docere liceat, ne ad fenestellas quidem, aliaue colloca-tionis loca. quod si id monialium præfecta quouis modo permiserit; semestri administrandi officio priuetur.

De

De concionatoribus, confessoribus, uisitoribus, & cappellanis.

QVI *monasterijs praesunt, doctos, prudentes, ac pios concionatores adhibeant; qui bis saltem in singulos menses ad cancellos collocutionis monialium, uel ad fenestellas ecclesiae, Dei uerbum praedicent; easq. erudiant in omnibus, quae ad Dei cultum, & sempiternam salutem consequendam pertinent.*

Concionatoribus autem ne liceat cum monialibus separatim colloqui; nisi eis a Superiore monasterij licentia permutatur.

PRAEFICIANTVR etiam monialibus confessores & atate prouecti, & prudentes, & Deum timentes; qui semel saltem in singulos menses audiant peccata monialium; eisq. sacrosanctam Eucharistiam administrent, quemadmodum sacrum Tridentinum concilium debere censuit.

Ses. 25. c.
10. de Reg.

NEMO *Regulares peccata monialium possit audire; nisi prius a generali Capitulo, aut sui ordinis Generali, aut, eo absente, ab ipsius uicario generali probatus fuerit; cuius rei fidem fecerit Episcopo eius loci, ubi fuerit monasterium, aut eius uicario. Omnes monialium & seculares, et regulares confessores, confecto biennio, aut ad summum triennio, mutantur; nisi iusta aliqua, aut necessaria causa Episcopo, aut eius ordinis Generali, si Regularibus subiectum sit monasterium, postulare*

postulare uideatur, ut illis tempus prorogetur.

Idem monasterij septa ingredi non possint; nisi id eis a Superiore aliqua de causa concessum fuerit; excepta causa administrandi sacramenta egrotis monialibus, cum graui & periculoso morbo laborant.

Quo tempore dum intra septa commorantur, eos due, aut tres moniales, quæ ætate ceteris præsent, comitentur. Eademq. omnes prosequantur, quicumque septa monasterij introierint, etiam Superiores, ac uisitatores, facta prius significatione sonitu minoris campanæ monialibus se recipiendi. quæ consuetudinem nisi præfæta seruarit, officio moueatur Superioris arbitrio.

CONFESSORES in monasteriorum locis, quos foresterias uocant, cibi capiendi causa ne morentur, nisi confessionis tempore.

Neque tum etiam ibi noctu cubent, nisi cum alicui ex monialium numero mors instaret, ut præsto esse possint administrandis sacramentis, & reliquis pietatis officijs; aut cum propinquum monasterio domicilium non habent, ut in multis monasteriis, quæ sunt in diœcesi.

Nemini autem confessori seculari, aut regulari assidue habitare liceat foris in foresteriis, & adibus monialium; aut earum sumptibus ibi uiuere; nec, si in iis locis dormitur, quæ monasterium attingunt, fenestra, aut rota sint; &, si sunt, statim muro obstruantur, ut nihil a monialibus, quod in eo loco agatur,

gatur, aut dicatur, aspici, aut audiri possit. Clatri lamina, & linea tela fenestellule eius loci, ubi moniales confitentur, ita compactæ cohæreant, ut remoueri non possint; & inde tantum audiri, aspici autem nullo modo possint.

Qui uero confessores in iis deliquerint, statim & officio priuentur; & facultas tum adeundi illud monasterium, tum diuina administrandi, eis arbitrio Superioris adimatur.

EANDEM pœniam subeant omnes Regulares, & alij cuiusuis generis clerici, qui cibum, aut sonnum capient in locis collocutionum, ac foresterijs monialium; aut munera alicui moniali, quæ secundo, arctioriue cognationis gradu coniuncta non sit, dederint, aut ab ea acceperint. Superiores tamen, suo arbitratu, cum illis colloqui, & in foresterijs uesci, & cubare possint, quo tempore uisitant monasteria, si tamen ibi fratrum sui ordinis monasteria non habeant. Quæ si sunt, apud eos diuersari debent, neque graues esse monialibus.

Iidem pecuniam, munera, aut premia a monialibus ne accipiant, quo illæ aperte intelligant in eiusmodi uisitatione tantummodo ab eis consuli Dei gloria, & monialium saluti.

Liceat uero ijs Superioribus, qui premuntur inopia, sumptu monialium uiuere, cum eas uisitant, aut adeunt alia de causa, quæ ad ipsarum utilitatem spectet.

REGVLARIBVS, qui fratres sint monialiũ,
permissus

permissu Superiorum, quemadmodum supra dictum est, semel in singulos annos cum sororibus monialibus tantum colloqui liceat; idq. presentibus ijs, quæ colloquutioni præposita sunt. quod si illi aliquos secum adduxerint, y cum monialibus omnino ne colloquantur, præposita ea pœna, quæ superius colloquentibus sine licentia est constituta.

SOCII confessorum Regularium sint atate prouecti, & Superiori suo probati; neque cum ulla moniali colloqui possint, nisi cum præfecta, & rota, aut foresteria præposita, si quid opus sit confessoribus tum, cum peccata audiunt, eiusdem pœne periculo.

Præterea Superiores ex decreto sacri Tridentini concilij quotannis idoneum confessorem extraordinarium monialibus sibi subiectis exhibeant. cui curent ut uniuersæ confiteantur; ut, quæ huiusmodi indigent medicina propter aliquem occultum animi morbum, neque ipsæ eam postulare, aut accipere ab usitato confessore umquam audent, liberius mederi suis malis possint, ac diaboli laqueos euadere, una cum reliquis confessori nouo sua peccata confitendo.

See ad. c.
10.

SACERDOTES, qui in monialium ecclesiis publicis rem diuinam facturi sunt, bene audiant; & bonis moribus sint; & ab eo etiam approbati, qui monasterio præsidet.

Ex quibus, qui a monialibus mercede conducuntur, non ab illis, sed a Superiore, aut eius iussu a

con-

confessore monialium deligantur.

Qui, nisi eis facultas scripto concessa sit, cum monialibus ne colloquantur; nisi cum iis, que sacristie presunt; quibuscum ad rotam ecclesie quam breuissime loquantur de his tantummodo rebus, que ad Missae sacrificium sint necessariae.

NE magnifici, & sumptuosi apparatus fiant, cum dies festus ecclesie monialium celebratur, sed pii, ac modesti, & qui religionem, non inanem aliquam speciem, praeferant.

Quo non admittantur musici, figuratum cantum, aut quoduis musicum instrumentum adhibentes.

PRAEFECTA monialium neminem ad monasterii famulatum, & procurationem admittat, cuius aetas & mores earum Superiori probati non sint.

Eiusdem etiam Superioris sit approbatio eorum, qui nunc monialibus inserviunt. quo in numero medici, tonsores, furno, aut pistrino praepositi, ceteriq. omnes intelligantur, quibus in monialium septa introeundum sit.

Qui monasterii res procurant, quotannis suae administrationis rationem reddant iis, quos diximus; & ad duos menses bonis praedibus caueant cancellariis Episcoporum, se fideiuter rationem reddituros suae administrationis. quod si facere neglexerint, officio privati censeantur.

IN parochialibus ecclesiis, que monialium monasteriis annexae sunt, perpetuis vicarij, ex formula

la

la Tridentini concilij præscripta, ab Episcopis con- sess. 7. c. 7.
stituantur.

De propria regula, & constitutionibus his
assidue legendis.

QUIA moniales, quæ professæ sunt; non solum
Dei, & sanctæ Ecclesiæ præcepta, quæ Chri-
stianis omnibus præscripta sunt, sed etiam suæ re-
gule, & ordinis leges & instituta seruare debent;
operæ pretium erit, illis suæ uocationis, & profes-
sionis debitum officium in memoriam quam sæpi-
sime reuocare.

Ideo in uirtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ut in
singulis monasteriis ab aliqua moniali, ceteris pro-
fessis audientibus, quotidie legatur saltem caput
unum constitutionum regulæ, aut ordinis, cui ad-
strictæ sunt. cuius lectionis initium fiat a primo,
& ita procedatur ad extremum; ac deinceps ad
primum caput redeatur; ut eodem ordine, ac pro-
gressione seruata, nunquam sacræ huius exerci-
tationis usus intermittatur. Præterea has etiam
constitutiones frequenter legi iubemus, ut crebra
salutarium præceptorum commemoratione monia-
les in obeundo suo munere diligentiores euadant.

Qua in re præfectam monemus, ut ceteras ad sum-
mam legum obseruationem non minus exemplo
suo inuitet, quam auctoritate compellat.

Denique præcipitur omnibus monialium confessori-
bus, ut illis uniuersis semel legant, & explicent o-

omnia

omnia hæc decreta, quæ, in uulgarem sermonem conuersa, ad communem prouincia utilitatem primo quoque tempore curabimus edenda; eaque, ut omnino, quemadmodum debent, seruent, uehementer cohortentur.

Quæ moniales arctioribus constitutionum, regulæq. uinculis adstrictæ uiuunt; non is est animi nostri sensus, ut ab illis suscepta uita institutis discedant, sed una cum iis hæc quoque decreta ab illis seruari iubemus.

De Iudæis.

Ut, quantum possumus, Iudæis corrumpendi Christianorum mores, & eis bona per fraudem auferendi occasionem adimamus; ipsosq. ad uiam salutis traducere studentes, ex sacrorum etiam canonum decretis, edicimus.

Vt iudæi semper, & quocumque iter faciant; uiri pileum, seu birretum crocei coloris; mulieres impositum reliquo capitis integumento, pannum eiusdem coloris ferant.

Ne Christiani ad conuiuia, nuptias, uel dies festos, & synagogas iudæorum accedant; aut cum eis ludant; uel, quod detestabilius est, choreas cum iudæis agant.

Ne iudæis christiani in famulatu esse possint.

Ne christiani, si in diem, uel horam, iudæis operas suas locauerint; apud illos cibum capiant.

Ne christiane mulieres, iudæorum nutrices in eo-

rum

rum domibus esse ullo pacto possint . Nec uero extra eorum domos , nisi cum necessitas , Ordinario probanda , postularit .

Ne christiani iudeos medendi causa ad se accersant .

Ne in coniungendis inter se matrimoniis eorum opera utantur .

Ne christiana mulieres iudeas fuci , pigmentorum aut ornandi se causa adhibeant .

AGROS , prædia ecclesiastica iudeis locari ; uasa , uestes , aliaue sacra , uel ad usum ecclesiæ destinata , uendi , aut pignori dari ne liceat .

Ne in ædibus , quæ ecclesiis uicina sint , iudei habitent ; & si qui in eis nunc habitant , intra certum tempus omnino migrare cogantur .

Ne christiani cū iudeis in diebus festis , emptionis , uenditionis , uel alio nomine contrahere audeant .

Ne tribus ante Pascha diebus iudei in publicum prodeant ; neque quidquam palam , uel secreto in contemptionem christiane religionis facere audeant .

Ne dignitatem , uel publicum officium , quod ad christianos pertinere aliquo modo possit , iudei obtineant .

HAEC , & reliqua , quæ de christianorum cum iudeis consuetudine sacris canonibus constituuntur , curent Episcopi , & principes , ac magistratus , pro sua quisque auctoritatis munere , pœnis contra christianos & iudeos acrioribus constitutis , ut in uiolate seruentur .

O V E H E .

VEHEMENTER etiam a principibus petimus, ut in singulis ciuitatibus certum locum constituant, ubi iudei separatim a christianis habitatum conueniant. Et si quas proprias ades iudei in ciuitate habent; intra sex menses eas uere, non autem simulato contractu, christianis uendi iubeant.

Illud praeterea pro sua pietate principes statuere debent, ut iudei in quibusuis contractibus, & negotiis, quae cum christianis habuerint, in libris suis conscribendis, litteris, & lingua uulgari nostra, non autem sermone, aut characteribus hebraeis utantur. si secus fecerint, seuerè puniantur, nullumq. inde ius eis esse possit agendi, uel excipiendi. Omni denique diligentia illos in eo eniti equum erit, ut fraudulentam, & insidiosam iudeorum cum christianis contrahendi rationem, & eorum facultatibus inhiantem auaritiã cõprimant, et coerceant.

MONEMVS uero Episcopos, ut ab hominibus piis ac peritis linguae hebraicae, & rituum iudeorum, uel, si huiusmodi non reperiantur, ab aliis doctis, ac bonis uiris curent fidem, ac doctrinam christianam iudeis praedicandam.

Ad eas conciones iudei omnes iussi conueniant; sed pueri, ac puellae seorsum a parentibus, atque aliis maioribus natu, concionatorem audiant; qui ipsos familiariter instituat, & interrogantibus benigne satisfaciat.

In quo signum aliquod conuersionis cognitum fuerit, is ab alijs separetur; & in domum aliquam ca
techu-

te chumenorum, ad id paratā, deducatur; ubi diligē-
tius omnia, quæ scire christianum oportet, doceatur.
Catechumeni ne baptizentur, nisi prius diligenter
instructi, & examinati fuerint, præsertim si gran-
diores sint.

BAPTIZATI cure alicuius probi uiri, saltē
per annum committantur, qui uitam illorum iis
rationibus regat, ac moderetur.

Ut diebus festis Missam, conciones, ac Vesperas o-
beant.

Alijs diebus aliquo artificio, quo uictum quære pos-
sint, utantur.

Ne cum iudeis ullā omnino consuetudinē habeāt.

Neue cum christianis, quorum uita flagitiosa sit.

CVRET Episcopus, ut iudeus, qui ad fidem se
conuerterit, omnia bona sua habeat; ac si filius fa-
milias sit legitima, & quæcumque alia bonorum
pars, et iure debita; a patre, etiam uiuente, detur;
uel, si mulier fuerit, ei dos a marito restituatur;
uel a patre constituatur, unde ali possit, ex præscri-
pto; constitutionis Pauli Tertij summi Pontificis,
præsertim in iis, quæ ille statuit de ijs facultatibus,
quæ ex usuris comparata sunt.

Die. 21. Mar
111. 1542.

De pœnis, & alijs, quæ generatim ad has
constitutiones pertinent.

QVIBVS pœnis, nostris in hac prouinciali sy-
nodo decretis, delicta coercemus, nihil de il-
lis animaduersionibus derogamus, quas ueteres

O 2 canones,

canones, & sacrum Tridentinum concilium in eadem peccata constituerant. quare negligentes, uel contumaces & illis, & ijs pœnis puniendos decernimus. Quotiescumque delicti causa clerici mulctandi sunt, quæ ab illis exigenda erit pecunia, nullo modo ad Episcopum perueniat, in eiusue commoda quauis ratione conuertatur; sed idem Episcopus parte pecunie, quæ tertiam non superet, assignata delatori, reliquam pijs operibus, aut locis, quibus ei uidebitur, omnino attribuat. Quam pecuniam, si qui piorum locorum, aut operum administratores intra mensem ab eo die, quo solui debet, numerandum, non exegerint, ea Seminario iam nunc ad iudicata intelligatur. Notarius autem, qui attributionis instrumenta confecerit, triduo ea de re loca pia, quorum intererit, admoneat; alioqui eis sua pecunia satisfaciatur. • Mulctas uero, quæ ob delicta ecclesiastica uel mixti fori, laicis, a iudicibus ecclesiasticis irrogabuntur, ad hunc modum diuidi uolumus.

Vt tertia parte pijs locis, aut operibus, eadem, quæ supra diximus, cōdicione addicta, tertia ad fiscum principum secularium pertineat, reliquum accusatori detur.

Quibus uero, tum clericis, tum laicis pecunie mulctæ imponenda fuerit, si sint soluendo, ne eis pœnam remittant Episcopi; nisi graui de causa. quod iudicium eorum conscientie periculo sit; sint inopes sint, pecuniam aliqua alia salutari pœna commutent,
quæ

quæ eius generis sit, ut peccatorum uulnera contra
riis remedijs curentur.

QVID QVID cōsensus, approbationis, sententiæ,
uel alio huiusmodi nomine Episcopi ex facultate, in
hac synodo eis permissa, cōcesserint, et ab ipsis, et ab
eorum quibusuis ministris, gratis omnino detur.

QVAMCVMQVE facultatem ex decretis in
hac sacra synodo editis habent Episcopi, eam ipsos
per suos uicarios exequi posse uolumus; nisi in iis,
quæ proprie ad ordinem Episcopalem pertineant;
aut in quibus uicarij a sacris canonibus, aut a con-
cilio Tridentino, uel a nobis expresse exclusi sunt.

SI in his decretis, ante alteram Mediolanen-
sis prouinciæ synodum, ulla difficultas orta fuerit;
eius, et omnium, quæ ipsis decretis continentur, inter-
pretationē & explicationem Metropolitano reser-
uamus, salua semper sedis Apostolicæ auctoritate.

QVID QVID de sacramentorum administra-
tione, Missæ celebratione, diuinorumq. officiorum
modo, & ratione in hac synodo decreuimus; id ne-
que ad Mediolanensem ecclesiam, quæ sancti Am-
brosii præscripto & institutio proprios ritus, ac ce-
remonias habet, neque ad ceteras, quæcumque eo-
dem iure, ac modo ex antiquissimo tempore sacra
facere consueuerunt, in iis quæ eius institutis, riti-
bus, et ceremoniis expresse aduersantur, pertinere
uolumus. Ceteris uero & Mediolanensis ecclesia,
& quæ eiusdem ritibus utuntur, æque teneantur,
atque aliæ, quæ in prouincia nostra sunt, ecclesie.

EPISCOPI, duobus adhibitis de Capitulo illius ecclesie, cuius res agitur, quorum alter suo, alter Capituli iudicio deligatur, statuta, constitutiones, privilegia, & indulta ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum recognoscens, accurate videant, an in illis quidquam sit, quod ab ipsis sacri concilij Tridentini decretis sit alienum, ad quorum præscriptum omnia, & ex constitutione Sanctiss. D. N. Pij IIII. & ex eodem concilio corrigant, & emendent. Quod si Episcopo & canonicis aliqua de iis acciderit dubitatio, ad Metropolitanum referant; qui a summo Romano Pontifice explicationem eorum postulet, quæ difficultatem habere uidebuntur.

UT nemini, eorum, quæ in hac sancta synodo decreta sunt, ignorantiam excusare liceat, edicimus, ut ex quo primum die edita, in ualuis Metropolitana ecclesie proposita fuerint, ad duos menses, omnes se & his decretis, & si contra fecerint, poenis, quæ eis continentur, teneri intelligant.

Ab eo etiam affixionis die eorum decretorum temporis initium sumendum decernimus, quibus aliquid intra certum tempus præstari iubemus.

Iubebunt præterea singuli Episcopi, si eis expedire uidebitur, ea omnia, suæ quoque cathedralis ecclesie ualuis affigi; & proxima sua diœcesana synodo legi, ac recitari: quo studiosius eorum præcepta omnium animis inculcentur.

Singula etiam cathedrales, & collegiata, & parochiales

edita 7. cal.
Feb. 1563.

chiales ecclesie huius prouinciæ, has constitutiones certo aliquo loco collocatas, perpetuo asseruent.

Episcopi singulis quattuor anni temporibus, si id opportunum censuerint, legi iubeant coram, se & canonicis ecclesie cathedralis, & collegiatarum omnia ea, quæ de uita et honestate clericorum, deq. diuinorum officiorum celebratione in hac nostra prouinciali synodo statuta fuerunt; ut ea, crebro repetita, facilius in mores inducantur.

MAXIMAS Deo gratias agere debemus, quod quæ pro communi prouinciæ salute hoc tempore statuenda uidebantur, ad optatum exitum perducta sint; quodq. eiusdem beneficio principes uniuersæ prouinciæ i obligerunt, a quibus omnem opem, auctoritatem, et auxiliũ in eis exequendis quæ sancita sunt, iure optimo sperare, et expectare liceat. quod ut ex animo, ac summo studio præstet, pro nostri officij munere, eos uehementer hortamur, & per uiscera Domini nostri Iesu Christi obsecramus.

EX præcepto sacri Tridentini concilii collegimus, & cognouimus abusus omnes, qui in indulgentias ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, aut quauis causa in prouincia Mediolanensi irrepserunt, ut Metropolitanus de iis, ex sententia synodi, ad summum Romanum Pontificem referat. cuius auctoritate, & prudentia constitutis iis, quæ huic prouinciæ nostræ expedire uidebuntur, fideles saluare indulgentiarum fructum pie & sancte percipiant.

ACTVM est diligenter a nobis ex prescripto sacri Tridentini concilii, quæ ratio iniri posset, ut aliqua ecclesiæ cathedrales prouinciæ nostræ Mediolanensis, quarum sunt tenues fructus, ita nouis prouentibus auferentur; ut & ad illarum necessitatem, & ad Episcopalem dignitatem satis essent. eam autem rationem nomine synodi Metropolitanus ad Sanctiss. D. N. referat; qui cognita rei necessitate, pro sua prudentia & pietate, & Episcopis, & ecclesiis consulere poterit.

QVIA multa a summo Romano Pontifice & publice totius prouinciæ Mediolanensis, & priuata singularum ecclesiarum utilitatis causa petenda sunt; decernimus, ut, quidquid ab eius Sanctitate communibus nostris, & qui adsunt, prouincialium Episcoporum litteris postulabitur, id huius synodi nomine, & auctoritate ita factum intelligatur, perinde ac si in sessione publice postulatum esset.

OMNIA et singula, quæ in hac sacra synodo decreta, acta, sunt, quæ debemus obedientia, ac reuerentia, auctoritati, ac iudicio sanctæ Romanæ Ecclesiæ, omnium ecclesiarum matris, & magistræ, semper emendanda, & corrigenda subiicimus.

L A V S D E O.

LITTERAE
S.^{mi} D. N. PII, PAPAE V.
quæ ad has constitutiones
pertinent.

PIVS, PAPA V.

Dilecto filio nostro, CAROLO, tit. sanctæ
Praxedis Presbytero Cardinali Borrho-
mæo nuncupato.



DILECTE Fili noster Salutem & Apo-
stolicam benedictionem. Dudum a fe-
re. PIO PP. IIII. prædecessore no-
stro emanarunt litteræ in forma Bre-
uis tenoris subsequenti, a tergo uide-
licet, Dilecto filio nostro CAROLO, tit. Sanctæ
Praxedis Presbytero Cardinali Borrhomæo uoca-
to, in tota Italia nostro, & Apostolicæ Sedis de La-
tere Legato. Intus uero, PIVS Papa Quartus.
Dilecte Fili noster Salutem & Apostolicam benedi-
ctionem. Iuxta nostri Pastoralis officij debitum,
indefessa sollicitudine ad ea libenter intendimus,
per quæ in singulis, præsertim monialium, monaste-
rijs, regularis obseruantia, ac debita clausura non
modo conseruatur, sed, si in eorum aliquibus for-
san dilapsa, aut dissoluta reperiatur, adhibitis op-
portunis remedijs, diligenter refarcitur, atque re-
stituitur, ita ut ipsarum monialium felici itatui, ac
directioni, prosperoq. & laudabili regimini salubri-
ter provideatur. Vt igitur ea, quæ a sacris canoni-
bus, & nouissime a sacro concilio Tridentino sanc-
ta

ga sunt, ac reformationem, & clausuram monasterio-
rum monialium huiusmodi respiciunt, in tuis ciui-
tate & diœcesi ac prouincia Mediolanensi debitæ e-
xecutioni demandentur: Monialesq. ipsæ ad regu-
lam, quam professæ sunt, præscriptam uitam insti-
tuant, & componant, ordinumq. suorum uota, ac
præcepta fideiiter obseruent. Tibi nostro secundum
carnem nepoti, qui Ecclesiæ Mediolanensi ex con-
cessione, & dispensatione Apostolica præesse digno-
sceris, ac quamdiu eidem præfueris, quemq. ob exi-
miam, & singularium uirtutum prudentiam, probi-
tatem, ad religionem, nuper nostrum, & Aposto-
licæ Sedis de latere Legatum, de Venerabilium fra-
trum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-
nalem consilio, in uniuersa Italia constituimus, &
deputauimus, per Apostolica scripta committimus,
& mandamus, ut per te ipsum, seu per te deputan-
dos, prout tua tibi suaserit ratio, seu in proxima Sy-
nodo Prouinciali, uel diœcesana, per te celebrandis,
sicut tibi magis expedire uidebitur, ea omnia aucto-
ritate nostra statuas, ordines, disponas, ac decer-
nas, quæ ad custodiendam in quibusuis monialium
monasterijs, etiam regularibus quibusuis subiectis,
Ciuitatis, diœcesis, & Prouinciæ tuæ, huiusmodi
debitam, & regularem normam, & clausuram, bo-
numque, & salutare regimen in eis inducendum, con-
stituendum, & conseruandum, & denique ad illa-
rum congruam, & expedientem correctionem, &
reformationem necessaria esse cognoueris, seu quo-
modolibet opportuna. Nos enim ultra facultates ti-
bi nuper per alias nostras, etiam in forma Breuis lit-
teras sub Data Romæ die 11. Februarij, proxime,
præteriti circa uisitacionem, reformationem, & cor-
rectionem monasteriorum monialium tuarum ciui-
tatis, & diœcesis, concessas, quas omnes & singulas
ad quæcumque monasteria, quibusuis regularibus
subiecta,

subiecta, ac ad quascumque ciuitates, terras, & loca totius tuæ Prouinciæ Mediolanensis harum serie extendimus, & ampliamus, extensasq. & ampliatas fore, & esse decernimus. Ita tamen quod quo ad monasteria monialium, etiam regularibus quibusuis subiecta, existentia in ciuitatibus, terris, & locis Suffraganeorum tuorum de eorum consilio, & consensu, prout tibi uidebitur, facultates ipsas iuxta prædictarum & præsentium litterarum formam & tenorem, exercere, illisq. uti libere ualeas: Circumspectioni tuæ quæcumque monialium monasteria præfata, etiam quomodolibet exempta, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi, seu Hospitali sancti Spiritus, seu sancti Ioannis Hierosolymitani, uel Basilicæ sancti Ioannis Lateranensis, aut sancti Petri de Vrbe, siue quibusuis alijs Hospitalibus, & Ecclesijs sæcularibus, uel regularibus dumtaxat subiecta totius tuæ Prouinciæ Mediolanensis, quæ reformatione indigere iudicauerit, eorumq. moniales, & personas tam in capite, quam in membris, auctoritate nostra uisitandi, reformandi, corrigendi, & emendandi, ad debitamque, & regularem obseruantiam, & clausuram iuxta canonicas sanctiones, & regularia suorum ordinum instituta, & alia, quæ tibi congruentiora uidebuntur, reducendi, reponendi, & restituendi, ipsasq. moniales, si tibi uisum fuerit, ad alia monasteria eorundem seu aliorum ordinum in totum, uel in partem transferendi, necnon monasteria ipsa, etiam quibusuis regularibus subiecta, diruendi, supprimendi, uel alijs uniendi, annectendi, incorporandi, seu ad alios usus, tibi bene uisos, mutandi: Et in super quæcumque statuta, & ordinationes rectum, & exemplarem monialium, & personarum huiusmodi uiuendi modum, ac normam, debitamq. clausuram concernentia, faciendi, & condendi, factaque, & condita, si melius & consultius esse

esse censueris, alterandi, & mutandi, aliaq. de no-
uo condendi, & edendi, illaq. sic per te condita, &
edita ab omnibus Abbatissis, Priorissis, monialibus,
& personis eorundem monasteriorum per excom-
municationis aliasq. censuras, & pœnas Ecclesia-
sticas, ceteraq. opportuna iuris & facti remedia fir-
miter, & inuiolabiliter obseruari mandandi, & fa-
ciendi: Necnon pro faciliori statutorum, & obser-
uationem huiusmodi obseruatione, & executione
dictarum monialium Superiores, & in eorum negli-
gentiam locorum Episcopos in executores præmis-
sorum statutorum & ordinationum constituendi, &
deputandi: Contradictores quoslibet & rebelles, ti-
biq. super his parere recusantes, & renitentes cen-
suris, & pœnis, ac remedijs præfatis, quacumque
appellatione remota, compescendi, illaque, etiam
iteratis uicibus, aggrauandi, & interdictum Eccle-
siasticum apponendi, auxilium quoq. brachij sæcu-
laris ad hoc, si opus fuerit, inuocandi, & generali-
ter omnia, & singula faciendi, gerendi, mandandi,
& exequendi, quæ tibi ad Dei onnipotentis laudē,
& gloriam, ac diuini cultus augmentum, Religio-
nisq. conseruationem, & animarum salutem expe-
dite uidebuntur: Amplam, liberam, & omnimo-
dam auctoritate Apostolica tenore præsentium fa-
cultatem, & potestatem concedimus, & impartimur.
Districtius inhibentes monialibus, & perso-
nis præfatis, & quibusuis alijs cuiuscumque digni-
tatis, status, gradus, ordinis, & condicionis fue-
rint, ne sub indignationis nostræ, & excommuni-
cationis læte sententiæ eo ipso, si contra fecerint,
incurrendis pœnis, te, uel a te deputatos, quomi-
nus huiusmodi uisitatio, reformatio, & clausura
fiant, suumq. debitum, & optatum sortiantur effe-
ctum, impedire, retardare, aut perturbare ardeant,
uel præsumant. Ac etiam eisdem, quacumque Ec-
clesiastica,

clesiastica, seu mundana præfulgeant dignitate, uel
excellencia sub antedictis pœnis, mandantes, ut ti-
bi aut tuis deputatis huiusmodi in præmissis omni-
bus, & singulis efficaciter pareant, & assistant. De-
cernentes præterea, statuta, & ordinationes per te,
seu a te deputatum pro tempore, facta huiusmodi,
& edita eo ipso, quo facta fuerint, Apostolica au-
thoritate confirmata, & approbata esse censi: Et
ita per quoscumque Iudices, & Commissarios, qua-
uis auctoritate fungentes, etiam dictæ Ecclesiæ Car-
dinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis ali-
ter iudicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
ritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, &
inane, quicquid secus super his a quoquam quauis
auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit at-
temptari. Non obstantibus constitutionibus, & or-
dinationibus Apostolicis, ac quibusuis monasterio-
rum & illorum ordinum, seu etiam Militiarum, &
quibus illa dependent, etiam iuramento confirma-
tione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis,
statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus,
& naturis, priuilegijs quoque, indultis Apo-
stolicis, etiam Mari magno, Bulla aurea, uel alias
quomodolibet nuncupatis, necnon quibusuis exem-
ptionibus, libertatibus, & immunitatibus illis eo-
rumq. monialibus, & personis, etiam ab immemo-
rabili tempore citra, sub quibuscumque tenoribus,
& formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs
derogatorijs, alijsq. efficacioribus efficacissimis, &
insolitis clausulis, irritantibusq. et alijs decretis,
quomodolibet, etiam iteratis uicibus, concessis,
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam
si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eo-
rumq. totis tenoribus specialis specifica, expressa,
& indiuidua, non autem per clausulas generales,
idem importantes, mentio, seu quæuis alia expres-
sio

sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc
seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo
ad uerbum nihil penitus omisso, & forma in illis
tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro
sufficienter expressis, ac totaliter insertis habentes,
illis alias in suo robore permansuris, ac uice
dumtaxat, ad effectum præsentium, specialiter &
expresse derogamus, ac latissime derogatum esse uo
lumus, ceterisq. contrarijs quibuscumque. Datum
Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris
Die ultima Augusti. M. D. L X V. Ponti
ficatus nostri anno sexto. Cæ. Glorierius.

Cum autem, sicut ex relatione tua, nobis oretenus
facta, accepimus, tam tua ordinaria auctoritate,
quam facultatis tibi, ut præfertur, concessæ, ac di
ctarum litterarum uigore, in Prouinciali synodo
Mediolanensi, per te proxime celebrata, non
nullæ constitutiones, & ordinationes, præsertim
circa ingressum ipsarum monialium, earumq.
clausuram, colloquia, & loca, ubi cum alijs lo
qui solita sunt, clauæ, & laminas ferreas, educa
tionem puellarum sæcularium, ceteraq. ad bonum,
honestum, ac laudabilem uiuendi modum, salu
bremq. directionem, prosperumq. gubernium per
tinentia, per te, etiam de patrum ibidem congrega
torum consilio, & assensu factæ, sancitæ, atque e
ditæ fuerint, & propterea tu cupias constitutiones,
& ordinationes, ceteraq. præmissa, quo firmiter ob
seruentur, nostra quoque auctoritate roborari.

Nos cupientes ea, quæ ad religiosarum persona
rum, præsertim fœminei sexus, obseruantiam, re
ctamque, & probatam illarum uitam, normamq.
tendere dignoscuntur, sine aliqua contradictione,
debitæ executioni demandari; constitutiones, &
ordinationes, omniaq. & singula, ut præfertur, ge
sta, facta, & ordinata, non tamen sacris canoni
bus,


Es,
cont
suffi
fica,
firm
uio
con
cut
nibi
ber
runt
plen
si qui
fene
uis c
litat
ten
rie
ob
rit
bl:
pr
ber
aud
ten
mu
bari
nalt
doc
& in
quib
sticu
ter,
text
opi
ipi

Has, uel Tridentini concilij super ijs editis decretis
contraria, eorum omnium tenores præsentibus pro-
sufficienter expressis habentes, auctoritate Apосто-
lica, tenore præsentium ex certa nostra scientia con-
firmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & in-
uiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq. per nos
confirmata & approbata fore & esse, & ab omnibus
cuiuscumque gradus, & quibuscumque exemptio-
nibus, & priuilegijs munitis, quos illa quomodolibet
concernunt, & in posterum concernere pote-
runt, inuiolabiliter obseruari debere statuimus; Sup-
plentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus,
si qui forsan interuenerint in eisdem; Necnon præ-
sentes litteras & in eis contenta quæcumque ex qua-
uis causa de surreptionis, uel obreptionis, aut nul-
litate uitio, seu intentionis nostræ defectu, nulla-
tenus mutari, uel impugnari posse, sed suos plena-
rios, & integros effectus sortiri, & irrefragabiliter
obseruanda esse. Sicq. per quoscumque quauis aucto-
ritate, etiam Episcopali dignitate, fungentes, su-
blata eis, & eorum cuilibet quauis aliter inter-
pretandi facultate, interpretari, ac defini de-
bere, ac quicquid secus super ijs a quoquam quauis
auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit, ac-
tentari, irritum & inane decernimus, & declara-
mus. Mandantes in uirtute sanctæ obedientiæ Ab-
batissis, ac Priorissis, & monialibus dictorum mo-
nasteriorum totius Prouinciæ huiusmodi, quomo-
documque exemptis, & quibuslibet exemptionis,
& immunitatis, priuilegijs munitis ac suffultis, &
quibusuis regularibus quouismodo subiectis, ut con-
stitutiones, & ordinationes, aliaq. præmissa, firmi-
ter, & inuiolabiliter obseruent; nec illis quouis præ-
textu, aut quæsito colore contrauenire, aut se eis
opponere quomodolibet audeant uel præsumant.
Ipsis autem Episcopis & ordinarijs præcipimus, ut
illa

illa iuxta dictarum & præsentium litterarum tenorem, debitæ executioni realiter, & cum effectu demandari curent, & faciant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem PIVS prædecessor in suis litteris uoluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die XII. Aprilis. M. D. LXVI. Pontificatus nostri anno primo.

Cæ. Gloricius.

PIVS, PAPA V.
AD FUTURAM REI MEMORIAM.



AD ROMANVM maxime pertinet Pontificem, ut ea, quæ iuxta sacri concilii Tridentini decreta ad Dei Omnipotentis laudem, diuiniq. cultus augmentum recte, & salubriter facta, & ordinata esse dicuntur, quo firmiter ab omnibus obseruentur, & illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio robore, atque confirmet. Sane Dilectus filius noster CAROLVS tit. sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, Borromæus uocatus, qui ecclesiæ Mediolanensi ex concessione, & dispensatione apostolica præesse dignoscitur, Nobis nuper exposuit, quod in Prouinciali synodo Mediolanensi proxime per eum celebrata, cuius celebrationi ipse præfuit, inhærendo decretis ipsius Tridentini concilij super constituendis, & propagandis Seminarijs Clericorum suæ Prouinciæ Mediolanensis, nonnulla disposita, statuta, & ordinata fuerunt, quorum quidem tenor sequitur, & est talis, uidelicet; Mandatum est a sacro Tridentino concilio Prouincialibus synodis, ut quamprimum in eam curam incumberet, ut
Semina-

Seminarium Clericorum, ubicumque id fieri posset, constitueretur, omniq. ratione propagaretur; quamobrem etiam illis facultatem dedit moderandi, & augendi omnia, & singula, quæ pij, & sancti huius operis institutionem, & progressionem adiuuare possent. Itaque nos prouinciæ nostræ statu, & Ecclesiarum, ac beneficiorum genere diligenter considerato, duximus ad hanc rationem confugiendum esse, ut detrahamus, quemadmodum iam nunc detrahimus, decimam partem fructuum cuiuslibet mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum personatum officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratum cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, uel condicionis fuerint, etiam Hospitalium, quæ dantur in titulum, uel administrationem iuxta constitutionem concilii Viennensis, & beneficiorum quorumcumque, etiam regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diœcesis, uel aliis Ecclesijs, Monasterijs, uel Hospitalibus, & aliis quibusuis locis pijs, etiam exemptis annexa & ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque alijs Ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen seminaria discipulorum, uel docentium, ad communem Ecclesiæ bonum promouendum actu nõ habentur; hæc enim exempta esse uolumus, præterquam ratione reddituum, qui superflui essent ultra conuenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, uel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis, quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & Milites cuiuscumque militiæ, aut ordinis pertinentibus, Fratribus sancti Ioannis

P Hieroso-

Hierosolymitani dumtaxat exceptis, eamq. supra scriptorum fructuum decimam, sic detractam, Seminariis in singulis prouinciæ nostræ diœcesibus erigendis, seu iam erectis, applicamus, & incorporamus. Possessores autem huiusmodi beneficiorum ad eandem fructuum decimam, non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsan, ex dictis fructibus soluant; retinendo tamen pro rata quidquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, omnino teneri uolumus, & mandamus, eiusdem Tridentini concilij auctoritate, quibusuis, quoad omnia, & singula suprascripta priuilegiis, & exemptionibus, etiam si singularem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem non impediatur, non obstantibus. Hanc autem fructuum decimam iuxta maiorem singulorum beneficiorum taxationem, quæ hæctenus facta reperiatur, exigere iubemus, quod si aliqua beneficia non reperiuntur taxata, Episcopi de consilio eorum, qui sacræ Tridentinæ synodi iussu ad id munus delecti fuerint, ea taxent. Quam decimam duobus terminis intra sequentem annum millesimum, quingentesimum, sexagesimum sextum, & deinceps singulis annis eodem modo solui uolumus. si quis huius anni taxationem a se impositam exigere cœpisset, eandem exactionem prosequatur; deinceps uero hanc exigendi rationem a nobis præscriptam seruabit. Præterea damus auctoritatem singulis Prouinciæ nostræ Episcopis, ut de eorum, qui huic muneri præfecti erunt, consilio, & Metropolitanis scripto consensu, possint eam decimam augere, ac perducere usque ad decimam ueri annui redditus, & imminuere, uel uniuerse, uel sigillatim, atque iis etiam beneficiis, quæ tenuiora fuerint, præsertim curatis, totam omnino exactionem remittere. Decernimus item, ut Episcopi ex auctoritate eiusdem concilii

cilii Tridentini intra sex menses Ecclesiastica aliquot simplicia beneficia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, uel etiam præstimonialia, uel præstimonialia portiones nuncupatas, etiam nondum uacantes huic collegio, seu seminario applicent, & incorporent, ea uidelicet, quæ illis seminario magis opportuna, & idonea uidebuntur, sine tamen cultus diuini detrimento, & beneficia obtinentium præiudicio. Quod si Episcopi illorum beneficiorum fructus ad id pium opus non satis esse animaduuerint, dispiciant si quæ alia sint, quæ seminario attribui possint, de quibus iis Metropolitanum admoneant qui ut res ex sententia confici possit, a Sanctissimi D. N. opem implorandam, & eius auctoritatem interponendam curabit. Hæc autem unio beneficiorum ex præscripta concilii Tridentini formula locum habeat, etiam si beneficia sint reseruata, uel affecta, nec per resignationes ipsorum beneficiorum uniones, & applicationes suspendi, uel impediri possint; sed omnino quacumque uacatione, etiam si in curia effectuum suum sortiantur, & quacumque constitutione non obstante; succedente uero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, uel aliter seminarium ipsum, in totum, uel in partem dotatum reperitur, tunc portio ex singulis beneficiis ut supra detracta, & incorporata ab Episcopo prout res ipsa exegerit, in totum, uel pro parte ad ratam remittatur. Volentes autem præmissa prout in ipsa Prouinciali synodo recte, pie, atque prudenter gesta, constituta, & ordinata fuere, debitæ executioni demandari, omnia, & singula superius narrata ad sancti operis seminariorum huiusmodi commodum, & incrementum constituta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium ex certa nostra scientia confirmamus & approbamus; ac illis perpetuæ, & inuiolabilis nostræ firmitatis robur adiicimus, eaq. per nos confirmata, & approbata fore, &

esse, & ab omnibus cuiuscumque gradus & quibus-
cumque exemptionibus, & priuilegiis munitis, etiam
nullius diœcesis in concilii Tridentini generalita-
tem, quos illa quomodolibet concernunt, & in poste-
rum concernere poterunt, inuiolabiliter obseruari
debere statuimus, suppletes omnes & singulos iu-
ris, & facti defectus, si qui forsitan interuenerint in
eisdem: Necnon præsentium litterarum & in eis
contenta quæcumq. ex quauis causa de surreptionis,
uel obreptionis, aut nullitatis uicio, seu intentionis
nostræ defectu, nullatenus notari, uel impugnari pos-
se; sed suos plenarios, & integros effectus sortiri, &
irrefragabiliter obseruanda esse. Sicq. per quos cum-
que quauis auctoritate, etiam Episcopali dignitate
fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis ali-
ter interpretandi facultate, interpretari, ac defini-
debere; ac quidquid secus super his a quoquam qua-
uis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit
attentari, irritum, & inane decernimus, & declara-
mus. Non obstantibus præmissis, ac constitutioni-
bus, & ordinationibus Apostolicis, ac Prouinciæ
præfatæ, illiusq. ciuitatum, & diœcesum, etiam iura-
mento, confirmatione Apostolica, uel quauis firmi-
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, pri-
uilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis il-
lis, & quibusuis eorum personis, & locis Ecclesiasti-
cis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum
quibusuis etiã derogatoriis de rogatoriis, aliisq.
efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq. &
aliis decretis in genere uel in specie, ac alias quomo-
dolibet concessis, ac etiã iteratis uicibus approbatis,
& inuocatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum
sufficiente derogatione, de illis eorumq. totis teno-
ribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non
autem per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut ali-
qua

qua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores ac si de uerbo ad uerbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac uice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisq. contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xviii. Aprilis. M D LXVI. Pontificatus nostri. anno primo.
Cæ. Glorierius.

P I V S, P A P A V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.



ROMANVM decet Pontificem, iis, quæ iuxta sanctorum Patrum decreta prouide gesta fuisse percepit, approbationis suæ firmitatem diligenter adhibere.

Cum itaque sicut, dilectus filius noster CAROLVS tit. sãctæ Prædix Presbyter Cardinalis; Borromæus nũcupatus, qui Ecclesiæ Mediolanensẽ ex cõcessione, & dispensatione Apostolica præfesse dignoscitur; Nobis nuper exposuit, præteritis mensibus, postquam sacrum concilium Tridentinum super personis ad Cathedralibus, & superiores ecclesias promouendis, certisq. tunc expressis earum qualitatibus, & sufficientia requirendis, sollicitè tractã, ac prudenter considerans: Quod quoniam in graui, idoneoq. bonorum & doctorum uirorum testimonio, de requisitis promouendi qualitatibus huiusmodi sumendo, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum, ac morum uarietate, poterat adhiberi, mandauerat, ut in Prouinciali synodo per Metropolitanum habenda, quibusque locis, & Prouinciis præscriberetur propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, præfati Rom-

P 3 nia

ni Pontificis, pro tempore existentis, arbitrio appro-
banda, quæ magis eisdem locis utilis, & opportuna esse
uideretur. Idcirco, ipse CAROLVS Cardinalis, &
Archiepiscopus, sua Prouinciali synodo in Domino
conuocata, & ipsi synodo prouinciali, sic conuocata,
eodem CAROLO Cardinale, & Archiepiscopo
præsidente, dicto concilii Tridentini mandato, quo
ad qualitates futuri Episcopi suæ Prouinciæ require-
das, ut par erat obediens, præscripserit super hoc
formulam tenoris subsequenti. Quoniam statuit
sancta Tridentina synodus, ut in prouinciali syno-
do forma examinis, seu inquisitionis, aut instructio-
nis natalium, uitæ, ætatis, doctrinæ, atque aliarum
omnium qualitarum, quas sacri canones, & ipsa Tri-
dentina synodus in promouendo ad Episcopatum
postulant, præscribatur: Nos hanc formulam, San-
ctiss. D. N. arbitrio, comprobendam proponimus.
Cum examen de aliquo ad Episcopatum prouinciæ
nostræ promouendo, faciendum erit, Episcopus, in
cuius diœcesi is maiorem eius anni partem uersatus
fuerit, mandato a Summo Pontifice accepto, ex quin-
que probatis & doctis, ac iuratis, omniq. exceptio-
ne maioribus testibus, de eius fide, uita, & moribus
cognoscat in hunc modum. An sit bona existimatio-
nis. An hæresis nomine, aut schismatis suspectus sit.
An hæreticorum libros legerit, habeatue. An cum
hæreticis uersatus fuerit, aut eis aliquo modo faue-
rit. An statuto Ecclesiæ tempore confiteatur, & Eu-
charistiam sumat, ac Missæ intersit. An sacris ordi-
nibus sit initiatus, & quampridem. An sit criminofus,
uel uitio, aut infamia notatus. An cum aliquo inimi-
citas gerat capitales, & præsertim in loco Episcopa-
tus. An filios habeat non legitimos, & cuius ætatis,
& quot. An familiam suam prudenter, & catholicæ
regat. An Bigamus. An excommunicatus, aut suspen-
sus. An Apostata. An ei publica pœnitentia imposi-

ta fuerit. An aliquando insanierit, aut a dæmone ue-
xatus fuerit. De natalibus uero, ætate, gradu, & cor-
poris habitu, a duobus, uel tribus testibus fidedi-
gnis, uel ex instrumentis publicis hoc modo cogno-
scat. An legitimo matrimonio natus sit. An hæreti-
ci filius, neposue sit. An trigessimum annum confece-
rit. An in uniuersitate studiorum Magister, siue Do-
ctor, aut licentiatus in sacra Theologia, uel iure Ca-
nonico merito sit promotus, aut publico alicuius
Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos
ostendatur. Et si regularis fuerit, an a Superioribus
suz religionis similem fidem habeat. An aliquo uiti-
o, uel insigni deformitate corporis, & in qua parte
laboret. An Comitali morbo tentetur. De doctri-
na autem, sic periculū faciat. Adhibitis tribus Theo-
logiæ, totidemq. iuris Pontificii peritis, quos, si ibi
non fuerint, ex uiciniotibus locis accersat, promo-
uendum undecumque euocatum interroget. Quid
differat inter Sacramenta ueteris, & nouæ legis.
Quot sint Ecclesiæ sacramenta, & quomodo singula
nominentur. Quæ sit eorum materia, forma, mini-
ster. Quod officium Presbyteri, Diaconi, & Subdia-
coni, quodue minorum ordinum. Quæ præcepta diui-
ba, quæue consilia Euangelica. Duos item locos ei
proponet interpretandos, alterum ueteris, alterum
noui testamenti, a mane ad uesperam dato spatio ad
cogitandum. Quibus interpretatis percunctanti-
bus etiam aliquid de iure Pontificio, ita responde-
bit, ut, etiam si Theologus sit, tamen se iuris Canoni-
ci in iis, quæ ad Episcopi munus pertineant, non om-
nino rudem esse ostendat. His confectis, ex formula
præscripta a Sanctiss. D. N. coram eodem Episcopo
fidei professionem faciat. Quod si promouendus, in
pluribus ciuitatibus, uel diocæsesibus proximum trien-
nium moratus fuerit, eius fidem, uitam, & mores illi
etiam Episcopi, in quorum locis sex menses manse-

rit, a Summo Pontifice admoniti, uel ab eo, qui processum confecerit, rogati, suo testimonio comprobent, idq. scriptum ad eundem mittant, a quo processus confectus sit. Is uero acta hæc omnia in publicum instrumētum relata ad Sanctiss. Romanum Pontificem ob signata, quamprimū mittat. Idē C A R O L V S Cardinalis, & Archiepiscopus Nobis humiliter supplicauit, ut præinsertam formulam iuxta eiusdem generalis concilij decretum, Apostolicæ approbationis robore stabilire, ac alias eius obseruationi prouidere dignaremur. Nos igitur formula prædicta, singulisq. illius capitibus, & articulis diligenter uisis, & perpenſis, illa æqua, & saluberrima, ac digna, quæ sedis Apostolicæ auctoritate stabiliantur, esse censes: huiusmodi supplicationibus inclinati, formulam, ac omnia & singula in ea contenta prædicta, eadem auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac illa in quibuscumque processibus super persona ad regimen alicuius ex Metropolitan. alijsque Cathedralibus Ecclesiis ipsius Prouinciæ Mediolanensis per cessionem, uel obitum, aut translationem, uel priuationem, seu alias quouis modo, etiam apud Sedem prædictam pro tempore uacantis assumenda, suisq. qualitatibus, & sufficientia, tam in eadem prouincia, quam extra eam, ubilibet, & a quibuscumque faciendis, inuolabiliter obseruari uolumus, ac districte præcipiendo, mandamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisq. contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxiiii. Maij, M D LXVI. Pontificatus nostri anno primo.

Cæ. Glorierius.

PIVS,

PIVS, PAPA V.
AD FVTVRAM REI MEMORIAM.



INTER omnes Apostolicæ seruitutis, nobis iniunctæ, sollicitudines, quæ mentem nostram incessanter exercet, illa frequentior occurrit, ut ordinationes & statuta, quæ circa iamdudum labascentis, & pene conuulsæ disciplinæ Ecclesiasticæ restitutionem prudenter edita fuisse cognoscimus, ab omnibus ipsius Ecclesiæ ministris obedienter recipi, & indifferenter obseruari procuremus. Cum itaque, sicut accepimus nuper in prouinciali synodo Mediolanensi, Dilecto filio nostro, CAROLO tit. sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali Borromæo nuncupato, qui Ecclesiæ Mediolanensi ex concessione & dispensatione Apostolica præesse dignoscitur, illi præsidente quamplura saluberrima statuta, & decreta ad mores dilectorum filiorum Cleri sæcularis totius Prouinciæ Mediolanensis reformandos pertinentia, & præsertim honestatem, decorum reuerentiam, ornamenta Ecclesiarum, necnon locum, tempus, modum, aliasq. circumstantias in Ecclesiarum sacramentorum administratione, Missarumq. celebratione obseruanda, ac sepulturas, funeralia, processiones, uerbi Dei conciones, seu prædicationes, representationes, & picturarum decentias, uitæ honestatem, frugalitatem, morum correctionem, & moderationem, Archiuiæ & alia ad scripturarum, iurium, & aliorum bonorum Ecclesiasticorum conseruationem, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum dispensationem pertinentia non minus religiose, quam sapienter ordinata fuerint. Quæ cum non solum licita, & honesta, sed etiam Ecclesiæ Dei pluri

mura

in di
rum
per
cor
lea
se
pr
lli
for
tan
ca
qu
mu
et d
eti
me
di
no
a
r
fi
P
n
o
tr
pi
cl
re
di
Ec
fir
bu
tia
de
iu
N

mum utilia & apprime laudabilia existant, ab omni
bus Dei ministris æqualiter expedit obseruari. Hinc
est, quod nos bonum ciuem utilitati, honestatiq.
Reipublicæ nunquam refragari, sed sanctis patriæ
legibus libenter obtemperare debere consideran-
tes, ac totos statutorum, & decretorum prædicto-
rum documentorumq. desuper confectorum & inde
sequutorum tenores, de quibus plenam, & distri-
ctam informationem a præfato CAROLO Cardina-
le oretenus nobis factam accepimus, præsentibus
pro sufficienter expressis habentes, Motu proprio
& ex certa scientia nostra omnia & singula statuta,
ordinationes, & decreta in prouinciali synodo Me-
diolanensi sic, ut præfertur, edita & publicata, ac
pro ut illa concernunt, alia in dictis documentis con-
tenta, in omnibus, & singulis Ecclesiis, Monaste-
riis, Prioratibus, Præposituris, Hospitalibus, &
aliis piis locis Ecclesiasticis, sæcularibus, uel etiam
regularibus commendatis, etiam nobis, & Aposto-
licæ sedi immediate subiectis, etiam nullius diœ-
cesis, aut aliter quomodocumque exemptis in uni-
uersa prouincia prædicta constitutis, ac per quoscum-
que earundem Ecclesiarum & locorum Prælatos,
Abbatas, Priores, Præpositos, Rectores, Superio-
res, Ministros, Capitula, Canonicos, ac personas
sæculares, aut illa ex concessione, uel dispensatio-
ne Apostolica in commendam aut administratio-
nem obtinentes, etiam si dictæ Sedis Notarii, Aco-
luthi, Cappellani, ac Romanæ curiæ officiales, e-
tiam officia sua actu exercentes, etiam familiares
nostri, & continui commensales, etiam ueri & an-
tiqui, aut alias in nostris, seu Venerabilium fratrum
nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,
& prædictæ Sedis seruitijs & obsequijs insistentes,
existant, quos omnes ratione beneficiorum quo-
rumcumque personalem residentiam requirentium,
in

in dicta prouincia per eos quomodolibet obtentorum, & obtinendorum, sub sententijs censuris, & pœnis a concilio Tridentino alijsq. sacris canonibus contra non residentes latis & impositis, ad personalem residentiam districte per locorum Ordinarios, seu eorum in spiritualibus Vicarios generales dictæ prouinciæ cogi et compelli uolumus, nec eis constitutionem se. re. Eugenij Papæ IIII. prædecessoris nostri in fauorem curialium dictæ Sedis editam aut quæcumque priuilegia & indulta Apostolica etiam per nos ad id illis in genere, uel in specie quomodolibet concessa desuper suffragari intelligimus, uel alias quomodolibet exemptos, ac nobis, et dictæ sedi, ut præfertur, immediate subiectos, etiam si nullius diœcesis esse dicantur: dummodo tamen de prædicta prouincia existant, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, condicionis et præeminentia fuerint, in omnibus, et per omnia integre, ac sub sententijs, censuris, et pœnis, in eis forsitan contentis, recipi, et admitti, obseruari, præstari et debitę executioni demandari, nec quempiam se ab eorum obseruatione, cuiusuis exemptionis, immunitatis, priuilegii, uel alio prætextu excusare debere auctoritate Apostolica tenore præsentium, perpetuo statuimus, et ordinamus: dictaq. prouincialia statuta, ordinationes, et decreta ad Ecclesias Monasteria, et alia loca, ac eorum Superiores, Capitula, et alias personas seculares huiusmodi extendimus, et ampliamus: Vniuersis earundem Ecclesiarum, Monasteriorum Prioratum, Præpositurarum, aliorumq. locorum Prælatis, Superioribus, & Capitulis prædictis in uirtute sanctę obediętię districte præcipiendo, mandantes quatenus eadem prouincialia statuta, ordinationes & decreta iuxta eorum formam & tenorem in suis Ecclesijs, Monasterijs & alijs locis publicent, & publicari, ac
per

per eorum Capitula, canonicos aliasq. personas sæculares huiusmodi integre obseruari faciant, alioquin si super hoc per locorum Ordinarios moniti in præmissorum executione & obseruatione cessauerint, illamue locorum Ordinarij distulerint, seu alias neglexerint, ipsum Metropolitanum uel generalem eius in spiritualibus Vicarium negligentiam seu dilationem dictorum Ordinariorum omnino supplere uolumus, committimus & mandamus; nec non eosdem Superiores, Prælatos, ac Commendatarios, Capitula, canonicos, & personas sæculares prædictas ad præmissorum omnium obseruationem teneri & efficaciter obligatos esse, censurisq. & pœnis tam ecclesiasticis, quam pecuniarijs præfati CAROLI Cardinalis, ac pro tempore existentis Archiepiscopi Mediolanensis, aut eius in spiritualibus Vicarij generalis arbitrio, moderandis, & applicandis, ad id compelli posse. Sicq. per quoscumque Iudices & Commissarios etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere; ac quicquid super his secus a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus exemptionibus & immunitatibus alijsq. præmissis, necnon Eugenii Papæ IIII. prædecessoris huiusmodi in fauorem curialium dictæ sedis edita, alijsq. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum & locorum prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris apostolicis illis, eorumque Prælati, Capitulis, Superioribus, & personis alijsq. præmissis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs,

rijs,
cant
riar
& i
suf
no
ac
ne
alia
ma
fi d
ma
riou
in fi
cial
qui
sul
P


ner
dud
fiat
mus
reci
ita
do

rijs, alijsq. efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusq. & alijs decretis etiam iteratis uicibus, etiam per nos quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vi. Iunij. M. D. LXVI. Pontificatus nostri anno primo.

Cæ. Glorierius.

PIVS, PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.



INTER omnes Apostolicæ seruitutis, nobis iniunctæ, sollicitudines, quæ mentem nostram incessanter exercent, illa frequentior occurrit, ut ordinationes, & statuta, quæ tam in generalibus, quam Prouincialibus synodis, circa iam dudum labascentis, & pene conuulsæ disciplinæ Ecclesiasticæ restitutionem prudenter edita fuisse cognoscimus, ab omnibus ipsius Ecclesiæ ministris obedienter recipi, & indifferenter obseruari procuremus. Cum itaque, sicut accepimus, nuper in prouinciali synodo Mediolanensi, Dilecto filio nostro, CAROLO

tit.


rit. sanctæ Prædix Presbytero Cardinali Borrho-
mæo nuncupato, qui etiam Ecclesiæ Mediolanensi
ex concessione & dispensatione Apostolica præesse
dignoscitur, illi præsidente, quam plurima saluber-
rima statuta, & decreta, ad honestatem, decorum,
reuerentiam, ornamenta ecclesiarum, necnon lo-
cum, tempus, modum, aliasq. circumstantias in ec-
clesiasticorum sacramentorum administratione, mis-
sarumq. celebratione, obseruanda, ac sepulturas,
funeralia, processiones, uerbi Dei conciones, seu
prædicationes, representationes, & picturarum de-
centias, archiua, & alia ad scripturarum, iurium,
& aliorum bonorum ecclesiasticorum conseruatio-
nem pertinentia, non minus religiose, quam sapien-
ter ordinata fuerint; quæ cum non solum licita &
honestæ, sed etiam ecclesiæ Dei plurimum utilia,
& apprime laudabilia existant, ab omnibus Dei Mi-
nistris, tam regularibus, quam secularibus, æqua-
liter expedit obseruari. Hinc est, quod nos toto sta-
tutorum, & decretorum prædictorum, documento
rumque desuper confectorum, & inde secutorum
tenores, de quibus plenam, & distinctam informa-
tionem, a præfato C A R O L O Cardinali orete-
nus nobis factam, accepimus, præsentibus pro suf-
ficienter expressis habentes; ac omnia & singula sta-
tuta, ordinationes, & decreta supradita in Prouin-
li synodo Mediolanensi sic, ut præfertur, edita & pu-
blica, ac, prout illa concernunt, prædicta in dictis
documentis contenta, in Mediolanensis ciuitatis
diocæsis, & totius Prouinciæ omnibus & singulis re-
gularium personarum utriusq. sexus ecclesijs, Mo-
nasterijs, Domibus quorumcumque, etiam Cister-
cien. & Humiliatorum ordinum, & alijs regulari-
bus locis, etiam nobis & apostolicæ sedi immédia-
te subiectis, etiam nullius diocæsis, in uniuersa Pro-
uincia prædicta constitutis, ac per quoscumque eccle-
siarum,

faru
gula
nera
cte
stra
pr
on
ru
res
xel
pr
tuc
cun
nez
par
nes
la
li
re
q
ei
fi
bi
D
di
ca
sue
ape
per
nis
& fi
der
suli
uic
pre
lu

harum, Monasteriorum, Domorum, & aliorum regularium locorum huiusmodi Superiores, etiam generales, ac illorum utriusque sexus personas districte obseruari uolentes: Motu proprio & ex certa nostra scientia, eidem CAROLO Cardinali presentes committimus & mandamus, quatenus omnes & singulos dictarum ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, & regularium locorum Superiores, etiam generales, & personas regulares etiam exemptas, utriusque sexus, ut infra sex menses post presentium publicationem, omnibus & singulis statutis, ordinationibus, & decretis predictis realiter & cum effectu parere debeant, auctoritate nostra, monent, & requirat: Et si ipsi sic moniti, ut praefertur, parere in omnibus, uel in aliquibus distulerint, uel neglexerint, dictus CAROLVS Cardinalis, post lapsum dictorum sex mensium, nobis quamprimum significare & referri curet, ut opportunum desuper remedium, prout nostro incumbit officio, in his quanto citius adhibere ualeamus. Non obstantibus exemptionibus & immunitatibus, alijsque praemissis, & apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, necnon ecclesiarum, locorum, Monasteriorum, Domorum, eorumdemque Superiorum, & ordinum praedictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris apostolicis illis, eorumque ordinibus, Praelatis, Superioribus etiam generalibus, conuentibus, & personis, alijsque praemissis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis, etiam iteratis uicibus, etiam per nos quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti eorum derogatione, de illis eorumque totis

ris tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiui-
dua, non autem per clausulas generales, idem impor-
tantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda fo-
ret, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum, ni-
hil pœnitus omisso, & forma in illis tradita, obser-
uata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter ex-
pressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore
permanuris, hac uice duntaxat specialiter, & ex-
presse derogamus; ceterisq. contrariis quibuscum-
que. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo
Piscatoris, die xxvii. Iunii. M. D. L X V I. Ponti-
ficatus nostri anno primo.

Cæ. Glorietius.



OS CAROLVS BORRHO-
MAEVS, miseratione diui-
na, S. R. E. tit. sanctæ Pra-
xedis, Presbyter Cardina-
lis, Archiepiscopus Mediolanensis,
ex mandato, quod a Sanctissimo D.
N. PIO Papa V. suis his supra pro-
ximis litteris, die x x v i i. Iunij datis,
habuimus, Apostolica eius auctori-
te, omnes & singulos Monasterio-
rum, & regularium, quæ Mediolani,
& in nostra diœcesi, ac prouincia sunt,
locorum Superiores, etiam Genera-
les, & personas regulares, etiam exem-
ptas, utriusque sexus, requirimus, ac
semel, iterum, tertio, trinaq. hac mo-
nitione præmissa, monemus, ut quæ-
cumque constitutiones, & decreta,
hac Prouinciali synodo a nobis confe-
cta, illis litteris expressa continentur,
iis ad sex menses, postquam in lucem
edita sunt, re ipsa omnino obtem-
perent. quod si qui ex iis facere negle-
xerint, uel distulerint; eos omnes &

Q singulos

INDEX RERVM OMNIVM,
quæ hoc constitutionum libro
continentur .

A.



- A**BBATES oneribus ecclesiæ, eorum ad
ministratiõni cõmissæ satisfaciant. 149
Abbatissa, uide Præfecta monialium.
Abortum procurantium absolutio, Epi-
scopo reseruata. 43
Absentes inferiores curati, a quibus ad Episcopum
deferendi. 84. ob eorumq. absentiam, qua pœna pu-
niendi. 80. 82
Absentia Episcopi a quibus, & cui significanda. 80.
ijsq. sine licentia absens, qua pœna multandus. 79
Absentia causam quos Episcopus docere debet. 80
Absentia facultas a quo petenda. 80. studij causa qui-
bus condicionibus datur. 82. 83. concessa, Episcopo
intra duos menses exhibenda. 78. eius licentia qua
in re non pro fit. 104
Absentibus ad residendum tempus præstitutum. 82.
eius rei causa edictum proponendum. 82
Absentium a suis ecclesiis, tam Episcoporum, quam
inferiorum curatorum fructus Hospitalibus attri-
buti. 79. 80. eorum exigendorum cura ad quos per-
tineat. ibid.
Absolutio confessione quibus & quo casu aliquando
non danda. 43. 44. uide confessio.
Abstinencia in quadragesima, uide quadragesima.
Abusus quauis causa in indulgentias introducti a Me-
tropolitano ad Sum. Pontificem deferendi. 215. in
nouæ Missæ celebratione tollendi. 35. 36
Abutentes Eucharistiæ, & sacris rebus ad magicas ar-
tes, non absoluendi, nisi ab Episcopo. 44
Q 2 Abu-

I N D E X.

- Abuentibus sacra scriptura occurritur. 5
- Accessu ad iudæorum synagogas, conuiuia, nuptias, dies festos, christianis interdicitur. 208
- Acoluthi functiones. 117
- Actio gratiarum in mensa. 66
- Actiones & repræsentationes sacræ ne agantur. 16
- Actiones in processionibus pro foribus ædium, & in uia prohibentur. 132
- Addicta sacris ad profanum usum non commodentur. 131.
- Aditus & usus Hospitalium circulatoribus, & alijs eiusdem generis nebulonibus patere non debet. 164
- Aditus & fenestræ in monialium monasterijs, per quas in externam ecclesiam introspecti potest, obstruantur. 190
- Aditus ad monialium monasteria uiris docendi causa uetatur. 196. & quo casu aliquando, & cui permittitur. ibid.
- Aditu cauponarum clericis interdicitur. 76
- Adminstrandis & conseruandis bonis & iuribus ecclesiasticis ratio multiplex præscripta. 140. 141. & seq.
- Administratio baptismi quando domi permittitur. 25. a quibus instante periculo ea fieri licet. uide baptismus.
- Administratio sacramenti confirmationis, uide confirmatio. Extremæ unctionis, uide, extrema unctio. Sacri ordinis, qualis, uide sacer ordo.
- Administratio piorum locorum, quæ & qualis. 160. 161. & seq.
- Administrationis ratio a quibus monialibus, & quibus reddenda. 176
- Administratores piorum locorum iurati munus suum exequatur. 161. omnium bonorum, & iurium inventarium conficiant. 141. eorum locorum fructus quo modo, & quibus distribuant. 162. eorumq. fraudi occurritur. ibid. exigant fructus pijs locis, & fabricis

I N D E X.

- bricis attributos non residentium. 80
- Admissionis puellarum ad religionem suscipiendam
præscriptus modus. 177. 178. & seq.
- Aduentus diebus Dominicis Episcopi solemnî Missæ,
ac diuinis officiis interfint. 127. hoc tempore paro-
chi prædicent.
- Adulterantium stateras, mensuras, absolutio, Epi-
scopo reseruata. 44. Aduocati in foro Episcopi quo
iureiurando obstringendi. 100. miserabilium perso-
narum constituendi. 106
- Aduocationis officium in foro seculari clericis pro-
hibetur. 77. quibus ex causis permittitur. ibid.
- Aedes canonicales restituendæ. 74. a canonicis habi-
tandæ. ibid.
- Aedes clericales. ibid.
- Aedes ecclesiarum quibus non locandæ. 73. a mulieri-
bus non incolendæ. ibid.
- Aedium Episcopi ornatus qualis. 65
- Aedificatio monialibus prohibita. 177
- Aedificatio Oratoriorum. uide Oratoria.
- Aedificiorum magnificentia Episcopis uetatur. 72. cle-
ricis item. 73
- Aegris confessio a medico & parochio suadenda. 40. &
quæ ijs in culcanda. 41
- Aegrotantium monialium curæ Præposita qualem se
illis præbeat. 177. earum cura. ibid. uide moniales.
- Aegroti a parochio inuisendi. 25
- Aetas nouitij ad professionem admittendis præscri-
pta. 181. puellis item ad religionem. 178
- Aetatis inquisitio, ab eo, qui creandus est Episcopus.
58. uide inquisitio.
- Affectatæ sordes in habitu clericali ne appareant. 71
- Agri ecclesiæ iudæis non locandi. 209
- Aleatores publici grauitè puniendi. 154. qui item
aleatoriam exercent, & qui intersunt. ibid.
- Alex ludo clericis interdictum. 75

Q 3

Alexan-

5
aptias,
208
117
66
tur. 16
am, & in
132
odentur.
alijs e-
ter. 164
per quas
stuan-
190
di caua
permi-
76
bus eccle
s. & seq.
tetur. 35
uide bi-
uide con-
uatio.
163.
pibus
176
suum
in-
ctus
frau
& fa-
bricis

I N D E X.

Alexandri III. Constitutio.	23
Alienatio fructuum ecclesie pendentium uetatur.	145
Alienatio monialibus prohibita.	177
Alienae dioecesis clerici. uide clericis.	
Allegoriarum usus qualis.	9
Altare maius ornandi cura.	110
Altaria sub dio sepienda. 128. ne spolientur, cura est ecclesie custodum. 115. non consecrata, in uisitatio ne consecranda. 91. eorum ornamenta. uide ornamenta.	
Altaribus in ecclesia adherere uetitum.	128
Ambiguae res & obscurae in sacra concione prohibentur.	11
Ambitiosa petitio beneficij ecclesiastici prohibetur.	56
Ambitiosae in mortuorum corporibus decorandis arrogantiae occurritur.	140. 141
Ambitus monialibus uetatur.	168
Amissas res qui sciens, & monitus non indicarit, quando non absoluentus. 43. uide confessores.	
Angelicæ salutationis explicatio concionatoris est. 11	
Animaduersio in clericum, qui maledixerit Episcopo. 63	
Animalium locationes, societates, quae usuram faciunt, prohibentur.	158
Anni quattuor temporibus ieiunium seruandum.	45
Anniuersaria mortuorum pietatis ratione a parochis suadenda.	134
Anniuersariae exequiae pro mortuo Episcopo, quotannis, & quamdiu, & cuius sumptibus faciendae.	134
Annuli ad magicos & superstitiosos usus uetantur.	18
Annulus clericis prohibitus.	72
Annulus Episcopalis.	63
Antonina, uide summa.	
Apocrypha e diuinis officiis tollenda.	118
Apocryphorum librorum historiae concionanti uentantur.	10
	Apost-

I N D E X.

Apostatae moniales ad sua monasteria redire cogendæ.	
192. in Conuertitarum numerum quando adscriben- dæ. ibid.	
Apparatus Episcoporum in Episcopalibus ædibus, qualis.	65
Apparatus sumptuosi in die festo monialium prohi- bentur.	206
Apparatus & ornatus sepulchrorum amoueat.	140
Applicatio beneficiorum simplicium Seminario facien- da.	51.52
Approbandis confessoribus, quæ ratio ab Episcopo habenda.	41
Approbatio eorum, qui monialibus inserviunt, ad quem spectet.	206
Aqua baptismalis, uide fontes.	27
Aquæ benedictæ sæpius renouandæ cura.	110
Arbores iniuriæ causa incidentium absolutio Episco- po reseruata.	44
Archidiaconi munus suum ipsi obeant 102. eorum of- ficium in describendis clericorum nominibus.	48.
eo de genere liber diligenter ab eis custodiendus.	
49. uide liber. ad eos, qui in diœcesi sunt, deferen- dum Vicarij foranei munus.	87
Archipresbyteri. 102. qui in diœcesi sunt, Vicarij fora- nei munus ijs deferendum.	87
Archiuij in cathedralibus & collégiatis ecclesiis insti- tutio. 142. eius occludendi ratio. ibid.	
Arioli coercentur.	18
Arma clericorum, quæ.	75
Arma familiaribus Episcopi prohibentur. 67. Clericis item.	75
Armilla clericis interdictæ.	72
Ars medendi clericis prohibita.	77
Artes bonæ instituendæ, uel renouandæ, studio ma- gistratum & principum.	154
Artes quæ clericis permixtæ.	77

Q 4

Artes

I N D E X .

Artes magicæ uetitæ .	17
Artifices famulos blasphemos eijciant .	20
Artium illiberalium exercitatio diebus festis prohibita .	20
Aſſecla ſœminarum ne ſit clericus .	78
Aſſignatio proprii muneris dignitatibus, & officijs, 2 quib. facienda .	103
Aſſiſtens ſacerdos, qui, & eius officium .	126
Aſſiſtendi munus qui præſtare debent . 126. quibus attribuentum ibid. ab eo qui immunes. ibid.	
Aſtologorum licentia, & eorum, qui illos conſulunt, coercetur .	18
Atrium canonicarum ædium. 74. eius ianua quora hora claudenda, aperiendaue. ibid. in eccleſiarum atrio nihil uenale proponatur .	129
Attributio fructuum reſciendis & ornandis eccleſiis. 81	
Auaritia iudæorum ſtudio principum coercenda .	210
Auguria . auſpicia uetantur .	18
Aulæa Episcopis uetantur. 64. auro, argento ornata . ibid. acu picta, uide ſupellex .	
Auerſus ab Euchariſtiæ ſacramento, in eccleſia ne quis ſedeat .	128
Auri, argenti uſu quibus interdicitur .	154

B.

Baliſta clericis prohibita. 75. in eccleſiam ne inferatur .	129
Baptiſmalis aquæ fontes . uide fontes .	
Baptiſmus domi prohibetur. 25. quo caſu permittitur .	
ibid. a quo tum adminiſtrari poteſt. ibid. eius forma .	
ibid. in eo quales compaſtres eligendi. 26. qui non admittendi. ibid. ab ijs nihil donandum . ibid. ante nonum diem inſans baptizandus . 25. baptizatus recte domi, in eccleſia poſt ſiſtendus. ibid. baptizatum infantem in altare collocandi conſuetudo tollenda . 26. baptizatus iudæus cuius curæ tradendus .	26.

I N D E X.

26. quorum consuetudine non utatur. 129. de baptizatis librum parochus habeat. 27
- Barba a clericis non studiose nutrienda. 70. a superiore labro recisa. ibid.
- Bellaria in mensa Episcopi prohibentur. 66. idem ad clericos pertinet. 72
- Benedictio in mensa. 66. 72
- Benedictio sponsorum quando facienda. 152. non procraftinanda. ibid.
- Beneficia ecclesiastica obtinentes hospitalitatem exercent. 147. uide hospitalitas, inuentarium cōficiant. 142. uide inuentarium.
- Beneficia simplicia Seminario applicanda. 52. quæ uniri non prohibentur. 104
- Beneficia obligantes in eorum gratiam, qui simoniace contrahunt, ut simoniaci puniendi. 59
- Beneficiati collegiarum una cum earum præfectis processiones obeant. 131
- Beneficij collati litteris conficiendis merces notario præscripta: uide Notarius.
- Beneficijs quibuscumque immunibus pristina munera restituenda. 103. 104. quibus residentia debeat, etiam si curata non sint. 84. iis conferendis & accipiendis præscripta ratio. 52. 53. & seq.
- Beneficium ecclesiasticum nulla ambitione quærendū. 56. eius conferendi ratio præscripta. 53
- Bibendi usus in ecclesia contrahendis matrimoniis nõ adhibendus. 152
- Bibliam clerici quattuordecim annorum habeant. 69
- Bibliopolæ regulas indicis seruent. 5
- Bibliothecæ qua ratione uisitanda. 94
- Birretum crocei coloris iudæi ferant. 208
- Birretū in altari a sacerdote celebrante poni uetatur. 37
- Birreto clericali in choro utendum, non pileo. 123
- Blasphemandi temeritas coercetur. 18
- Blasphemans clericus qua pœna puniendus. 19. laicus item

I N D E X .

- item ibid.
- Blasphemi accusandi. 19. eos accusantibus indulgentia
tributa. 20. serui domo eiiciendi. ibi. quando ad sacrā
communione & confessionem non admittendi. 29.
iis pro modo culpæ pœnæ propositæ. 19. grauis pœ-
na a confessore imponenda pro ratione culpæ. 19
- Bona Apostatarum monialium post earum obitum cui
restituenda. 192
- Bona ecclesiastica in quem usum conuertenda. 146. ea
occupantes. 151. quibus ea non locanda, aut in em-
phyteosim danda. 144. non pignori, neq. locationi iu-
dæis danda. 209. iis conseruandis, dispensandisq. præ-
scripta ratio. 141. 142. & seq. feudi nomine datis, con-
seruandis modus præscriptus. 144. quouis modo ca-
ducis factis, caducitatis pœna quo modo remittenda.
143. eorum locationes, quæ ab Episcopo recogno-
scendæ. 144. inuentarium quibus in ecclesiis confi-
ciendum. 142
- Bona monasterij Præfecta & monialibus quomodo
alienari, locari non licet. 177
- Bona piorum locorum quibus non locanda. 162. quo mo-
do. ibid.
- Bonifacij vii. constitutio. 105
- Bruta ab ecclesia expellendi cura. 117
- Boues in monasteriis monialium non alantur. 117

C

- Cadavera in ecclesiam quo tempore non inferēda. 135
occisorum a iudicibus & a notariis maleficiorum in
ecclesia non inspicienda. 130
- Cæremonia in Missæ celebratione quæ seruandæ. 35.
36. in exorcismis fontium, & sponforum benedictio-
nibus. 24. quæ canonicis & ceteris clericis in diuinis
officiis præscriptæ. 121. 122. & seq.
- Cæremoniarum magister, uide magister.
- Calcaria inaurata Episcopis prohibentur. 64
- Calcei

I N D E X.

Calcei clericorum quales .	72
Calendarium dierum festorum .69. cuius cura eden- dum.	118
Calices ad sacrificium Missæ quales .	35
Calice consecrato uinum populo, sumpta Eucharistia, ne præbeatur .	30
Caligæ clericorum .	72
Cambia quæ uetantur .	156
Camisæ clericorum.71.collare.ibid.	
Campanæ pulsandæ officium.110.eius sonitu ad profe- quendam sacrosanctam Eucharistiam præmonendus populus.31.diuina officia significanda.121. eius usus ad supplicii significationem non adhibendus .	115
Cancellariis Episcoporum modus præscriptus .	99
Cancellus monialium intimus, qualis .	189
Candelæ in Missa quousque non rettinguendæ . 38. ea- rum numerus & ratio . 119. ad diuina officia qui eas præparet.110. in mortui funere sacrificiæ addicuntur. 137.& in quem usum. ibid. eas Rectoribus ecclesia- rum uendere non licet.ibid.neque in ecclesia uendi- tentur sacerdote rem diuinam faciente .	38
Canes ab ecclesia eiiciendi cura.117.uenatici in eccle- siam ne inducantur .	128
Canones pœnitentiales sciant confessores .	44
Canonicales ædes restituendæ.74.a canonicis habitan- dæ.ibid.	
Canonicatibus ordo sacer non annexus, annectatur . 107. annexi ordinis munus per eos præstandū . ibid.	
Canonicæ horæ, uide horæ .	
Canonici processionum munus obeant . 131. a quibus absentiæ facultatem petant. 104. qua in re ijs absen- tiæ licentia non profit.ibid. non residente Episcopo Metropolitanum certiozem faciant.80.tres initio an- ni in cathedralibus ecclesiis cur deligendi . 102. suū munus ipsi obeant.ibid.in canonicalibus ædibus ha- bitent.74.quo tempore Capitula non habeant. 108.	118

I N D E X,

- in choro una cum aliis canant. duo ex iis ab Episcopo adhibendi ad assignandum singulis in ecclesia dignitatibus proprium munus. 103. ad ordines annectendos. 108. ad attribuendum assistendi munus. 125. ad archium constitutum. 141. bonorum & iurium ecclesie inuentarium conficiant. ibid. his sacras condiciones audiendi dies prescribuntur. 14. eorum in diuinis officijs, & celebrante Episcopo munus. 107. in eo deducendo officium. 127. eorum pactio, collusio, remissio sublata. 105. quando permittitur. ibid. ex iis constituatur hebdomadarius. 107. quando distributionibus mulcentur. 107. 108. 121. 123. 124. 131. hora iis prescripta, qua conueniant ad diuina officia. 122. ad supplicationes. 131
- Canonicus hebdomadarius, uide hebdomadarius.
- Cantores clerici. 121. quibus uestibus in choro induti. ibid.
- Cantus in diuinis officijs qualis. 120. 123
- Cantu profano monialibus interdicitur. 183. figurato item, praeter organitiam. 197. is in die festo ecclesie monialium non adhibeatur. 206
- Capitula quo tempore a canonicis non habenda. 108
- Capituli officium Episcopo non residente. 80. eo mortuo, quale. 134. 135
- Capituli thesaurarius, uide thesaurarius.
- Capitulum quibus in rebus ab Episcopo adhibendum. uide Canonici.
- Cappellani monialium quales. 123. a quibus deligendi. ibid. regulae iis prescriptae. ibid.
- Capsae in singulis monialium monasterijs constituantur ad usum communis pecuniae conseruandae. 176. earum claudendarum & aperiendarum ratio. ibid.
- Carcera a quibus, & quo tempore uisitanda. 101. eius custodiae taxa prescripta. 100. qui carcere tenentur, qua ratione res eorum seruandae. 101. cibus a quo iis suppeditandus. ibid.

Carta

I N D E X.

Carta notariorum qualis .	99
Casus Episcopo reſeruati. 44. eos apud ſe deſcriptos habeant confeſſores .	41
Casus conſcientiæ clerici a quibus percipiant .	41
Casus, qui uſuram ſapiunt. 156. 157. & ſeq.	1
Catechiſmus ad parochorum uſum .	25
Catechumeni quo modo ad baptiſmum admittendi .	
211. quãdo baptizati, cuius curæ committantur. ibid.	
quorum conſuetudine non utantur. 211. diebus feſtis quæ munera obeant. 211. domus ad eorum uſum parata. ibid.	
Catellus monialibus prohibetur .	105
Cathedralis eccleſia primum uiſitanda . 90. ſi tenuis, huic rei conſultum. 215. in adminiſtratione ſacramentorum non diſcedat a ritibus Romanæ Eccleſiæ . 24. in earum uiſitatione quæ diſpicienda. 90. in ea pœnitentiarius inſtituendus. 41. præbenda theologalis. 7. archiuuium. 141. ſi nullæ, aut tenues in ea diſtributiones, quo modo proniſum. 185. in eius ſacriſtia cellulæ ad quem uſum conſtituendæ. 37. tres in ea ex Capitulo ad quem uſum deligendi . 84. certo eius loco hæ conſtitutiones aſſeruandæ .	215
Cauponarum aditu, & uſu clericis interdicitur. 76. meretricibus in eis pernoctare, niſi itineris cauſa .	153
Caupones, & alii, qui circulatores & id genus homines recipiunt, puniendi .	154
Celebratio Miſſæ, uide Miſſa .	
Celerariæ officio quæ moniales non fungantur. 170. adminiſtrationis ſuæ rationem perſcriptam habeant 176. quo tempore reddant. ibid. uide ſcriba .	
Cellæ monialium apertæ. 188. a Diſcreta uiſitandæ. ibi. eas Præfecta quam ob cauſam inquiret .	187
Cellulæ in ſacriſtiis conſtituendæ ad ſacerdotum meditationis uſum .	37
Cerei, & alia id genus in funere mortuorum, addicta ſacriſtiæ. 137. uide Rectores. in exequiis mortui Episcopi,	

I N D E X.

- scopi, quot accendantur, & cuius sumptibus . 134
- Chiromantia uetita . 17
- Chirothecæ a sacerdote celebrante in altare non ponantur . 37
- Choreæ diebus festis uetantur. 21. in nouæ itē Missæ celebratione . 35. clericis prohibitæ. 208. cum iudæis item . 75
- Chorus quo modo constituendus . 119. in eo ministri quo habitu induti, ibid. quo modo uersandum. 123. recedendum ab eo . 124
- Chori magister, uide magister chori, seu præsidens .
- Chrisma an rectè conseruetur, & suo tempore mutetur. 93. a laicis in baptismo non attingatur . 27. eius consecrationi qui interfint. ibid. tempus administrationis a parochio denunciandum . 28
- Christiani iudæis medicis non utantur. 209. neque eorum opera matrimonijs contrahendis. ibid. nec apud illos cibum capiant . 208. neq. cum illis contrahant diebus festis. 209. in eorum famulatu non sint. 208. ad eorum dies festos & synagogas non accedant . ibid. cum eis non ludant; non choreas ducant. ibid.
- Christianæ mulieres iudæarum opera non utantur ad fucum & ornatum. 208. non earum nutrices . 209
- Christianorum dignitates & officia iudæis obtinere non licet. 209. uide iudæus .
- Chrysostomi liber de sacerdotio parochis proponitur . 69.
- Cingari .) eiiciendi . 154
- Circulatores .)
- Clatri lamina quemadmodum compacta in ædibus monialium . 204
- Clausura monialium. 188. eiusq. tuendæ diligens præscripta ratio. 189. 190. & seq. uide ostia, fenestrix, cancelli, uirgæ ferreæ, clatri lamina, fenestellulæ .
- Clericalis habitus a clericis induendus. 70. non sordidus. 71. tonsura deferenda. 70. eius forma. ibid.
- Cleri-

Cleri
cur
Cleri
im
Cler
61
ca
m
di
da
ni
di
no
ca
Cleri
ne
Cler
Cler
p
Cle
ti
a
Cler
Cler
ui
fir
Cœn
cia
Cœm
pro
Colla
mo
Colle
Colle
cor
da

I N D E X.

- Clericalium ædium habitatio, locatio quibus prohibetur. 73
- Clericatus functiones minorum ordinum quo casu imponendæ. 104
- Clerici singulis mensibus semel saltem communicent. 62. eius officii a paroco admonendi. ibid. a quibus casus conscientie percipiant. 41. quot in conuiuio mensa. 76. in itinere cum mulieribus in cauponis ne discumbant, ibid. iis præscriptus mensis ad referendum nomen suum in librum de clericis. 48. quæ omnino prohibita. 71. 72. & seq. aduocandi & procurandi officium quibus ex causis permittitur. 77. horas canonicas intermittentibus pœna proposita. 68. studii causa absentibus præscriptæ condiciones. 82
- Clericis alienæ diocesis celebratio Missæ prohibetur sine testimonialibus litteris. 33
- Clericis rusticis diuersorium in urbe constituendum. 76
- Clericis quattuordecim annorum libri ad legendum præscripti. 69
- Clericorum uita qualis. 60. uestitus & cultus. 69. 70. uitoria uestis. 72. coma, barba. 70. mensa, suppellex. 72. arma, uide arma. seminarum. uide seminarium.
- Clericus maledicens Episcopo, punitur. 63
- Clerus in funere quem ordinem seruet. 136. diocesanus uiros eligat, qui urbanis congregationibus intersint. 146
- Cæmentum dirutæ ecclesie & sacelli ad profana edificia non adhibendum. 128
- Cæmeteria. uide sepeliendi mos. in ijs nihil uenale proponendum. 128
- Collatio beneficiorum qualis. 52. uide beneficium, simonia. 53
- Collectæ in missa quot dici possint. 35
- Collegiatarum uisitatio. 90. in earum sacristiis cellulae constituendæ. 37. præbenda theologalis institueda. 7. Archiuum constituendum. 142. inuentarium ibid.

I N D E X .

- ibid. in earum certo loco hæc constitutiones asseruentur. 215. si in his tenues, aut nullæ sint distributiones, huic rei consultum. 185. uide præpositus seu Præfectus.
- Collocutio cum externis, moniali prohibetur. 194. quando, & quo modo permittitur. 195. quo potissimum tempore uetatur. ibid. sacerdoti quando prohibita. 37
- Collusio canonicorum sublata. 105
- Colloquia canonicis in choro prohibita. 123
- Colloquium cum mulieribus in ecclesia uetitum. 128
- Color in uestitu clericorum qualis. 71. eius uarietas in Episcopi supellectili, nulla. 64. quo colore eius familiaræ uestes. 67. quo puellæ in monasterijs utantur. 200. quo birretum iudæorum. 208. quo in iudæorum capitis integumentum, ibid.
- Comœdiæ clericis prohibita. 75
- Comestationes confraternitatibus tollendæ. 165
- Comitatus Episcopi uisitantis. 94
- Communia de ratione diuinorum officiorum. 118. de ministris. 101
- Communis uitæ monialium usus. 185
- Commatres. 27. 28
- Compadres quales in baptismo deligendi. 27. qui non admittendi, ibid. nihil dent susceptis baptismo infantibus. 27. neque in confirmationis sacramento. 28. quid pro officio suo præstare debent. 27
- Concilij Tridentini decreta a concionatoribus populo inculcanda. 12. diocesana synodo recipienda. 2. eiusdem decretum contra occupantes bona ecclesiastica. 146. quibus diebus communi lingua populo recitandum. 146
- Concilium Tridentinum de prædicatione uerbi Dei. 7. de editione & usu sacrorum. 6. de obseruandis in celebratione Missæ. 37. 33. de dignitate ab Episcopo retinenda. 62. de ciborum delectu. 45. de habitu clericali

I N D E X.

ricali sumendo. 70. de Seminario clericorum. 49. de
 pœnitentia publica. 45. de ratione in conferendis or
 dinibus. 48. de examine eorum, qui præficiendi sunt
 parochialibus ecclesiis. 58. qui cathedralibus. 59. de
 vicariis Perpetuis. 207. de præbenda theologali. 7. de
 uita & honestate clericorū. 60. de residetia. 79. de in
 uocatione sanctorū. 14. de decimarū solutione. 146.
 cōtra occupātes bona ecclesiastica. ibid. de uisitatio
 ne. 89. 94. de litteris dimissorijs. 99. de formula diui
 nis officijs præscribenda. 102. de reformatione matri
 monij. 152. cōtra abutētes sacra scriptura. 5. de quar
 ta funeralium. 137. de hospitalibus & pijs locis,
 192. de hospitalitate, exercenda. 148. de piorum lo
 corum administrationis ratione reddenda. 162. de
 puellis ad religionem admittendis. 178. 181. de noui
 tijs ad professionem recipiendis. 181. de monialium
 numero. 167. de ætate Præfectæ monialium. 169. de
 locationibus bonorum ecclesiasticorum. 137. de u
 nionibus recognoscendis. 144
Concionatores, quales. 12. monialium. item. 202. a qui
 bus deligendi. ibid.
Concionatores semel in mense saltem ab Episcopo in
uniuersam diœcesim mittendi. 9. a quibus sustentan
 di. ibid.
Concionator fabulas uitet. 10. quæ miracula non nar
 ret. ibid. hæreticorum argumenta omittat. ibid. quan
 do, & qua ratione referat. 10. res dubias & obscuras
 uitet. ibid. inanes quæstiones fugiat. 11. paupertatis
 nomine quando neminem commendet. 13. prauas
 consuetudines reprehendat. 11. Dominicam oratio
 nem, Angelicam salutationem, sacramentorum uim
 explanet. 11. qui doctrinam christianam iudæis præ
 dicet. 210
Concionatoribus quando cum monialibus colloqui
non licet. 202. ratio quædam prædicandi proposita.
 9. 10. & seq. ut supra.

R Conciona-

I N D E X.

- Concionatoris est admonere abutentes sacra scriptura .
 6. eius officium in exagitandis uitiis. 11. quale in mo-
 nendis Prælatiſ. 11. quæ eius ratio in docendo, & mo-
 nendo populo. 11. qui modus in Saluatoris paſſione
 exponenda. 16
- Concio ſacra quo tempore habenda. 13. in Miſſa a pa-
 rocho non omittenda. 87. in Miſſa conuentuali. 37.
 in funere qualis. 139
- Conciones ſacræ a quibus aſſidue audiendæ. 13. iis au-
 diendis loca mulierum diſtincta. 14. earum ad iudæ-
 os præſcripta ratio. 211
- Condiciones in licentiis non reſidentium ſtudii cauſa,
 quæ. 83
- Conducere aliena prædia clericis prohibitum. 77
- Confefſio peccatorum quo modo faciendâ. 42. paro-
 cho ſemel in anno. 42. ægris a medico, & parocho
 ſuadenda. ibid. a ſacerdotibus ſingulis ſaltem hebdo-
 madis faciendâ, etiam ſi mortaliter non peccarint.
 36. quo loco non audiendâ. 41. 42. a quo audiri non
 poſſit. 41. uſque ad hebdomadam ſanctam non diffe-
 renda. 42
- Confefſio in Miſſa nõ inchoanda niſi omnibus ad Miſ-
 ſe miniſterium neceſſariis præparatis. 38. flexis ge-
 nib. in ea ſint fideles, ibid.
- Confefſiones mulierum, uide mulierum.
- Confefſionis locus, ubi moniales confitentur, qualis.
 203.
- Confefſores, quales. 41. Epifcopi iudicio probandi. 41.
 canones pœnitentiales ſciant. 44. quos non abſoluât.
 43. caſus reſeruatos apud ſe ſcriptos habeant. 41. mo-
 neant quam graue peccatum ſit, abuti ſacra ſcriptu-
 ra. 5. eorum nomina ſacriſtiæ foribus proſcribenda.
 41. ſedes in eccleſiis conſtituendæ, ibid. diligentia in
 examinanda fœneratorum conſcientia. 43
- Confefſores monialium, quales. 204. a quo probati. ibi.
 quando mutandi. ibid. ſepta monaſterii ſine permiſſu
 ſuperio-

ſupe
 riy
 20
 li c
 ru
 18
 h
 Con
 uil
 ell
 tic
 lat
 ro
 Con
 Con
 tw
 ſi
 Co
 P
 Co
 h
 c
 b
 Co
 ta
 di
 Con
 di
 Con
 1
 4
 u
 Co

I N D E X.

- superioris non ingrediuntur. *ibid.* in earum monasterijs non morentur, non cibum capiant, non cubent. 204. alia regulæ iis præscriptæ. *ibid.* mortua moniali quomodo septa monasterii ingredi possint. 177. eorum cautio in imponendo nouitiæ puellæ nomine. 180. semel legant & explicent monialibus decreta in his constitutionibus ad eas pertinentia. 207. 208
- Confirmationis sacramentum cui non præbeat. 28. in uisitacione si opus erit ministretur. 90. iterari nefas est. 28. eius uis a paroco explicanda. *ibid.* administrationis dies denunciandus. *ibid.* nihil a compatribus largiendum. 28. confirmati, eorumq. compadres a paroco describendi. *ibid.*
- Coniectores somniorum coercentur. 17
- Conseruandis & dispensandis bonis Ecclesiasticis ratio multiplex præscripta. 140. 141. uide bona ecclesiastica.
- Conspectus e uicinis ædibus in monialium monasteria prohibetur. 191
- Constitutiones has clericus quattuordecim annorum habeat. 69. moniales frequenter legant. 207. populo concionatores inculcent. 12. earum interpretatio ad quem spectet. 212. eæ proxima diœcesana synodo publice recitentur. 214. quo loco asseruentur. *ibid.*
- Constitutiones ecclesiarum cathedralium & collegiatarum recognoscendæ, an ulla in re repugnent Tridentini concilii decretis. 214
- Constitutiones aliquæ ordinis sui a monialibus quoti die legendæ. 207. 208
- Constitutiones Innocentii. III. 40. 64. Bonifacii. VIII. 105. Alexandri. III. uide Alex. concilii Viennensis 49. 161. Leon. X. 6. 18. 68. Pauli. II. I. 211. Pii. III. uide Pii.
- Consuetudo edendi, bibendi & c. in sacris supplicationibus & suburbanis ecclesiis uisitandis, tollenda. 133. in ecclesias bibendi. 152. cyathi frangendi in contrahendis

I N D E X.

hendis matrimoniis .	ibid.
Contractus libellarii, qui prohibentur .	158
Contractus uetiti .	157. & seq.
Controuersia de priori loco in processionibus a quo tollenda .	132
Controuersis, quæ in mortuis efferendis inter parochos sæculares, & regulares oriuntur, occurritur .	136.
Contumacia monialium punitur .	89
Contumaciæ non residentium occurritur .	81
Conuersis monialibus regulæ præscriptæ .	199
Conuiuia in Missæ nouæ celebratione tollenda. 35. iudæorum, christianis prohibita . 208. quibus clerici non interfint. 76. quando & quot interesse possint .	ibid.
Corporalia munda in Missæ celebratione .	35
Corporis Christi sodalitates in parochiis instituendæ .	31.
Cruces in processionibus quo modo a clericis ferantur. 132. singularum ecclesiarum clericis in funere præferantur .	135
Cubare in foresteriis monialium prohibetur .	204
Cubicularii Episcoporum nihil a clericis accipiant, quibus ordines conferuntur .	48
Culcellus ad domesticum uitæ usum clericis permittitur .	75
Cultus dierum festorum. 20. uide festorum dierum .	
Cultus diuinus, absentibus ecclesiæ ministris, ne deferatur, prouisum .	104
Cultus ecclesiarum, uide ecclesiarum .	
Cura quæ æ grotis monialibus præstetur .	177
Cura & tutela clericis prohibita .	77
Curatæ ecclesiæ, uide parochiales .	
Curati ubi habitent. 74. quibus in diœcesi obtemperēt, 89. quoties in hebdomada Missam celebrent, 62. ad funus & alia officia uocati, quando a suis ecclesiis	non

I N D E X.

- non recedant. 42. uide Rectores, presbyteri, sacerdotes & clerici.
- Custodes ecclesiæ obseruent contra decorum ecclesiæ delinquentes. 115. quæ ornamento ecclesiæ officiunt, prohibeant, & arceant. ibid. in ecclesia pernoctari non patiantur, ibid. uigilēt, ne altaria spolientur. ibi.
- Custodes bestiarum, monente parocho, diebus saltem festis Missam audiant. 39
- Custodes carceris, uide carcer.
- Cyathi frangendi usus contrahendis matrimoniis tollitur. 153

D

- Deambulare in ecclesia prohibitum. 112. ibi deambulantes a quo monendi, expellendiue. 116
- Debita ecclesiis officia & onera præstentur. 141
- Debitorum ecclesiarum & piorum locorum, procuratores eorum, syndici, & ministri esse non possunt. 161
- Decanus clauem asseruet atrii ædium canonicalium. 74
- Decima Seminario attributa. 49. 50. unde soluenda, ibid. qui ab ea immunes. ibid. augeri possit. 51. eius exigendæ ratio. ibid.
- Decimarum solutio. 146
- Decrera huius synodi de uita & honestate clericorū, & diuinorum officiorum celebratione quattuor anni temporibus legantur. 215
- Delectus personarum in piorum locorum hospitalitate non habendus. 147
- Denunciationes in matrimonio non procrastinandæ, 152. quibus diebus faciendæ. ibid.
- Depositi nomine quidquam custodire, monialibus prohibetur. 197
- Diaconi, si muneri suo desint, mulctantur, 127. quo saltem tempore Eucharistiam sumant, 127. tonsuram ferant, 70. quibus ministrent, 126. quo habitu induiti. ibid. quibus diebus. ibid.

R 3 Die.

I N D E X.

- Die Sabbati Missæ de beata Virgine 35
- Diebus dominicis & festis initia fidei a parochio pueris tradenda 6
- Diebus festis, uide festis diebus .
- Dierum festorum calendarium , uide calendarium .
- Dignitatis ab Episcopo retinendæ præscripta ratio. 62
- Dignitatibus in ecclesia præditi in choro psallant, &c. 106. ecclesiarum, quæ sibi commissæ sunt , oneribus satisfaciant . 149. iis singulis proprium munus assignandum. 103. assignatum præstetur per eos, qui illas obtinent. ibid.
- Diligentia contra hæreses adhibenda 4.5
- Dimissoriis litteris tempus præscriptum 34
- Diocesana synodo, quæ præstanda 2
- Dioceses implicatæ , distinguendæ 23
- Discretæ quales. 173. earum numerus. ibid. in negotiis paulo grauioribus a præfecta in consilium adhibendæ. 173. quot suffragiis creentur. 169. quæ moniales Discretæ fieri non possunt . 170. ab iis accusentur contumaces moniales apud Superiorem. 171. nisi fecerint, pœna constituta. ibid. a maiori Discreta asseruetur clauis capse , in qua custoditur pecunia communis . 176. eæ una cum Præfecta singularum monialiũ cellas inquirant. 187. antiquior Discreta quando benedictionem faciat. 188. una ex iis quando omnes cellas uisitet ibid.
- Distinguendarum parochiarũ ratio. 23. uide parochiæ.
- Distributiones quotidianæ a quo , & quo modo diuidendæ. 115. quibus non dentur. 105. non inseruientium, quibus accrescant. ibid. quando usibus ecclesiæ addictæ sint. ibid. si tenues, qua ratione augendæ. ibi. earum amissio quibus ex causis. 107. 108. 115. 122. 123. 124.
- Diuerforium ab Episcopo in urbe paretur ad rusticanorum clericorum hospitium . 76. qui eo non recipiendi. ibid.
- Diuinatio-

Diuinatio
Diuinatio
quæ
Diuinatio
quæ
22
110
Diuinatio
Doctrina
pil
Dom
no
Dom
Dom
fiat
be
Do
ti
Do
Do
Do
Ecc
Ecc
P
m
ti
11
g
12
Ecc
pr
Ecc
Ecc
Ecc

I N D E X.

Diuinationes prohibita .	17
Diuinatores puniendi. 17. qui eos consulunt item, & qui cuique auctores sunt, ut hi consulantur. ibid.	
Diuinis officiis formula præscripta. 101. quæ uoces, & qui cantus in iis adhibendi. 120. a monialibus item. 220. quo modo ad ea conueniendum. 121. eorum ratio ad quam regulam dirigenda.	118
Diuinum officium clericis omittētibus occurritur .	68
Doctrinæ inquirendæ ratio ab eo, qui creandus est Episcopus .	59
Domicilium in hæreticorum locis, mercaturæ, alioque nomine prohibeatur.	4
Dominica oratio a concionatoribus explicanda .	11
Domus ad Catechumenorum usum parata. 210. ecclesiasticarum personarum quibus maxime patere debet.	148
Domus & ædificia hospitalium, sarcienda, & restituenda .	160
Dona a monialibus quo modo non accipienda .	186
Dormiendi locus monialibus præscribitur.	188
Dormientes in ecclesia, a quo expellantur .	116

E

Ecclesiã polluentium absolutio, Episcopo reseruata .	43
Ecclesiarum cultus. 128. in iis diuinorum officiorum tempore, deambulationes, nugæ, circuli, negociationes, cum mulieribus colloquia, multorum irreuerentia, mendici uagantes, res uenales, uenatici canes. 116. & 17. uolucres, hastæ, sclopeti, balistæ, & alia id genus; pernoctationes, excubiæ prohibentur. 128. 129. earum fores qua hora claudendæ. ibid.	
Ecclesiæ collapsæ restituendæ . 127. earum materia ad profanos usus non adhibenda.	128
Ecclesiæ parochiales, uide parochiales .	
Ecclesiæ perfugium quando denegatur facinorosis. 131	
Ecclesiasticarum personarum domus. uide domus.	

R 4 Eccle-

I N D E X.

- Ecclesiasticæ res, iura, personæ, earumq. immunitas
Principibus commendantur. 146
- Ecclesiastici fructus, si uberes sunt, in quem usum con-
uertendi. 148. 149. & seq.
- Ecclesiis nuper erectis præfæcti sacerdotes quo modo
sustentandi. 23
- Edictum proponendum in examine eorum, qui præfi-
ciendi sunt parochialibus ecclesiis. 56. tempus ei rei
faciendæ præscriptum. ibid. contra non residentes.
81. 82. de licentijs studij causa concessis, Episcopo
exhibendis. 69. de clericali habitu. 82
- Electio monialium ad officia qualis. 169. 170
- Eleemosyna cum offertur, quo uasis genere accipien-
da. 145. quo modo præbenda. ibid. inter concionan-
dum a nemine petenda. 13. hospitalium nomine cū
petitur, quæ seruanda. 163
- Ephippiis inauratis Episcopo interdicitur. 64
- Episcopi ecclesiæ sibi commissæ oneribus satisfaciant.
149. in cōsuetudine Principum quo modo se gerant
62. prædicent. 7. impediti, per alios tamen prædican-
di munus præstent. 6. quam rationem habeant in pro-
bandis confessoribus. 41. certam mercedem familia-
ribus constituent. 55. curent, ut clericali habitu cleri-
ci induantur. 69. 70. ut canonici in canonicalibus æ-
dibus habitent. 74. ut pristinæ ministris ecclesiæ fun-
ctiones restituantur. 115. index prohibitorum libro-
rum seruetur. 5. dies festi colantur. 20. præbenda theo-
logalis in cathedralibus, & collegiatis ecclesiis, con-
stituat. 7. quæ implicatæ sunt diœceses, distinguã-
tur. 24. ad sacerdotalem meditationis usum cellulæ
in sacristiis constituentur. 37. Eucharistia in maiori
altari collocetur. 30. taxas notariis præscribant. 95.
quas res profanas ad ornatum fugiant. 64. 65. in Mis-
sæ nouæ celebratione, quæ tollenda curent. 35. e con-
fratriis commestrationes tollantur. 165
- Episcopi officium in distribuendis in uniuersam diœce-
sim

sim
tis
far
re
et
Epi
c
n
tu
n
fa
in
Ep
Ep
Ep
Eq
E
Eu

I N D E X.

- sim concionatoribus. 9. in administrandis sacramen-
tis. 24. in cognoscendis iis, qui in quavis ecclesia Mis-
sam celebrent, uel sacerdotem qui celebret, exhibe-
re debeant. 32. in admittendis præsentatis, aut ele-
ctis. 53
- Episcoporum diligentia in statu uniuscuiusq. paro-
chiæ cognoscendo. 85. in conferendis sacris ordi-
nibus. 47. 48. in uisitando, uide, uisitatio, in consti-
tuendo Seminario. 49. in ijs, quæ pertinent ad matri-
monij sacramentum. 152. mensa qualis, uide men-
sa, uestitus qualis. 63. supellex. 64. domus. 65. eorum
in ea regenda officium. 66. assiduitas in audiendis
sacris concionibus. 12. hospitalitas. 147. auctoritas
in augenda Seminarij decima. 52
- Episcopus quibus saltem diebus Missam celebret. 62.
solemnè Missam & Vesperas cantet. 125. diuinis of-
ficijs & solemnè Missæ intersit. 127
- Episcopus mortuus quo modo sepeliendus. 134
- Episcopalis equi ornatus. 63
- Equi ab Episcopo non alendi, nisi necessarij. 65. in mo-
nasterijs monialium non alantur. 194
- Escarum lenocinia ab Episcopo fugienda. 66
- Eucharistia a clericis, diaconis, & subdiaconis quando
saltem sumenda. 62. in Missa, cum sustollitur, ne-
mo stet. 128. ne in septis monasterij afferretur. 184.
quo loco in ecclesijs, & quo modo seruetur, cura
est Episcopi. 30. sumenda Paschæ tempore. 29. ex-
tra parochiam sumere non licet, ibid. sumentes quo
habitu esse debent. 20. raro sumentes a sacerdote di-
ligentius admonendi. ibid. de eius ui & ratione ado-
lescentes a parochio instruendi. ibid. ab eius sum-
ptione qui prohibentur. 29. ea sumpta, uinum ca-
lice consecrato non præbeatur populo. 30. maribus
separatim a fœminis præbeatur, ibid. ad ægrotos
quo modo deferatur. 31. die festo corporis Christi
a quo circumferenda. 31

Examen

I N D E X.

- Examen eorum qui præficiendi sunt parochialibus .
 56. qui cathedralibus item. 57. uide inquisitio.
- Examen puellarum, ad religionem suscipiendam qua-
 le. 178
- Excommunicati a quo arceantur ex ecclesia. 116
- Excubiæ populi in ecclesiis prohibentur. 128
- Exequiæ mortui Episcopi quo modo peragendæ .
 134. 135
- Exequiis mortuorum faciendis , ordinis ratio præscri-
 pta. 136. debita lumina a quibus præstentur. 137. ea-
 rum curatoribus quantum persoluendum. 138
- Explicatio harum constitutionum Metropolitano re-
 seruata. 213
- Externa uestis clericorum , qualis. 71
- Extrema unctio ægrotis quando adhibenda. 47. qui ei
 interfunt , quale illorum & parochi officium. ibid.
- Extremi iudicij certum tempus prædicari nõ licet. 10
- Exorcismi quibus libris sumantur . 117
- Exorcistæ functiones. 117. quibus Episcopus id mu-
 nus permittat. ibid. a quibus cauendum sit. ibid.
- Exules in ecclesiis non recipiendi , nisi consulto or-
 dinario . 130
- F.
- Fabulæ clericis interdixit. 75. ineptæ a concionatore
 non narrentur . 10
- Facinorosi homines in ecclesiam confugientes , quo
 modo, & quando recipiendi. 129. ad confessionem
 & communionem quando non admittendi. 29
- Facultates celebrandi eodem die plures Missas, nul-
 læ. 34. in oratoriis sexto quoque mense renouan-
 dæ. 32. non generatim , sed nominatim conceden-
 dæ. ibid. clericis alienæ diœcesis non permittendæ
 sine dimissoriis Ordinarii litteris. ibid.
- Facultates Episcopis ex iis decretis datas, qui exequan-
 tur . 213
- Facul-

Facul
 Falcu
 Fami
 ne
 ra
 Fac
 Fam
 Fam
 Fam
 Fen
 Al
 ci
 da
 Fere
 ti
 Fer
 Fe
 Fe
 Fe
 Fe
 Fe
 Fid
 Fid
 Fid
 Fid
 Fe

I N D E X.

- Facultates, uide licentjæ.
- Falsus testis, uide testis.
- Familiares Episcopi, quales. 66. ne loco mercedis beneficia ecclesiastica, sibi proponant. 56. arma ne ferant. 67. quo modo induant. ibid.
- Familia Episcopi numerus. 67. præfectum, qualis. ibid.
- Famosarum mulierum habitatio, uide habitatio.
- Famuli blasphemæ domo eijciantur. 20
- Famuli monialium quales. 206. 207
- Fenestellæ collocutionum monialibus quales construuntur. 189. quando aperiendæ. ibid. quibus non conceduntur. 190. earum claues a quibus custodiendæ. 189
- Fercula in mensa Episcopi quot ad summum adhibeantur. 66. in mensa uisitantis Episcopi. 94
- Ferculo uno contenti presbyteri & Vicarij foranei cum conuentum habent. 87. 88
- Ferrarolum clericis prohibitum. 72
- Festorum dierum cultus. 20. in ijs hæc utantur, certamina, choreæ, saltationes, ludi equestres, spectacula, personatorum hominum ambulationes, nundinæ officinæ apertæ. 20. 21
- Festus dies ecclesiæ monialium apparatu non magnifico celebretur. 206. non musici admittendi. ibid. non figuratus cantus. ibid.
- Feudatarij bonorum ecclesiasticorum inuestituram renouent. 143. quo modo id faciant, pœnæ constitutæ. ibid.
- Fide iubere pro alijs non licet clericis. 77
- Fidei initia a parochis pueris tradantur. 6
- Fidei professio a quibus, quando, & quo modo fieri debeat. 2. 3. eam impediens puniantur. 3
- Fideles semel in anno proprio parochis peccata confiteantur. 40. in Missæ auditione quo modo se habeant. 39
- Florum & fruticum uasa monialibus uetita. 197
- Fœmi-

I N D E X.

Fœminæ, uide mulieres.	
Fœneratores quando ad communionem non admit- tendi. 29. quando non absoluendi .	43
Follis ludus clericis prohibetur.	75
Fontes baptismalis aquæ in singulis parochiis.	27
Foranei Vicarii , uide Vicarij .	
Forasterijs monialium uesci prohibitum .	204
Foribus ecclesiæ nihil uenale proponendum . 128. uide, ecclesiarum .	
Foribus sacristiæ , uide sacristia .	
Formula iuris iurandi, quod ij præstare debent, quibus quouis modo collatum est beneficium . 54. quod Notarij præstent.	97
Formula uisitandi , uide uisitatio .	
Formulæ curiæ testimonium a Notarijs quo modo dā- dum .	96
Forum iudiciale Episcopi. 95. uide Notarii , aduocati, custodes carceris .	
Frenis inauratis Episcopo interdicitur.	64
Fructus non residentium, quibus locis attribuuntur. 79	
Fructuum genera in Episcopi mensa quot apponi li- ceat .	66
Fugitiuæ moniales , uide Apostata .	
Functiones minorum ordinum, qua ratione ad usum re- uocandæ. 115. tempus ad id præscriptum . ibid. cle- ricatibus imponendæ .	102
Funus Episcopi cuius sumptibus , & quo modo pera- gendum .	134. 135

G .

Ganæ tollendæ .	154
Gemmarum usu quibus interdicitur.	154
Genua flectenda in confessione , & grauioribus Missæ mysterijs .	39
Geomantia prohibita.	17
Globi ludus clericis uetatur.	75
	Gratia--

I N D E X.

Gratiarum actiones, uide actio gratiarum.

H.

- Habitatio canonicorum ubi. 74. parochorum. 73. monialium regularibus uiris uicina prohibetur. 191. famularum mulierum item. ibid. mulierum in ædibus clericalibus uetita. 73
- Habitatio ecclesiis uicina uetatur iudæis. 209
- Habitus clericalis, uide clericalis.
- Habitus monialis induendi ratio præscripta. 182
- Hæredes mortuorum ad comparanda in funere necessaria compellantur ab Episcopo. 137
- Hæreticorum consuetudo ab omni loco remouenda. 4. 5. opiniones in sacra ad populum concione non referantur. 10. eas redarguendi modus. ibid.
- Hæretici, ac hæresis nomine suspecti accusentur. 4. 5. de hæreticorum finibus qui ueniunt, eorum uitæ rationem cognoscant parochi. 4. in eorum locis catholici ne intituantur, aut commorentur. 5
- Hæretici a quo arceantur ex ecclesia. 116
- Harpichordium monialibus permittitur. 197
- Haſte, in ecclesiam non inferantur. 128
- Haſtiludia clericis uetita. 75
- Hebdomadarius canonicus e quibus constituatur. 107. quibus diebus Miſſam ſolemne celebret. 125. eius officium. 107. ſucceſſor. ibid. ſi muneri ſuo defuerit, qua pœna mulſtetur. ibid.
- Hiſtoriæ ex apochryphis libris nõ narrentur. 10. quæ pingi prohibetæ. 15
- Hiſtriones eiſciantur. 154
- Homiliarius liber ad parochorum uſum. 8
- Homicidæ uoluntarij non abſoluendi niſi ab Episcopo. 44
- Homines facinoroſi, uide facinoroſi.
- Hora clericis præſcripta, qua noctu non exeant. 74. qua ad diuina officia conueniendum eſt. 122. ad ſup
plica-

I N D E X.

plicationes.	131
Horæ canonicæ non intermittendæ a clericis.68.com mode diuidantur.119.quotidie in choro dicendæ . ibid. beatæ Virginis non omittantur. ibid.	
Hospitalia qua ratione administrantur. 160.161. eor- um ædificia rainosa sarciantur . ibid.eorum aditus quibus patere non debet. 164.eorum administrato- res iurati manus suam exequantur.161.qui esse non possint. ibid. qui male administrant,quo modo pu- niantur.162.administrationis ratione reddant. ibid. eorum bona quo modo locentur.162. non alienen- tur.163.ijs uisitandis quæ ratio præscripta.93.ijs im- posita onera præstentur.163.eorum eleemosynis pe- tendis ratio & locis ipsis & petentibus præscripta . 163. eorum in hospitiiis mares a fœminis separatim hospitentur .	164
Hospitalitas a quibus & in quos exercenda.	148
Humi sepultura detur.	140
Hydromantia uetita .	17
Hymnorum uersiculi in choro distincte pronuncien- tur .	120

I

Ianitrices monialium quæ creari non possint .	170
Ianux septorum monialium qua diligentia custodien- dæ .	174
Ieiuniũ quale .45.46. Quadragesimale. ibid. quibus die bus præscriptum.45. Rogationum tempore in Me- diolanensi ecclesia. ibid. iustæ excusationes ab eo . 46. eius cultores quæ caueant. ibid.	
Illiberalium artium exercitatio, uide Artium .	
Imagines quæ & quando non ponendæ.14. quæ delen- dæ, uel corrigendæ. 15. inconsulto parcho non ef- fingendæ. ibid. earum habitus ornatus locus ab Epi- scopo inspiciendus. ibid.	
Immunitas ecclesiastica ne ulla ex parte uioletur, pro- uifum.	

I N D E X.

uisum.	129.130
Impedientes professionem fidei, uide fidei.	
Incendiarij.) non absoluantur.	
Incœstum admittentes.) nisi ab Episcopo.	44
Index prohibitorum librorum seruetur.	5
Indulgentia blasphemos accusantibus & iudicibus ipsi- s tributata.	20
Indulgentiæ quo modo publicentur.	13
Infames in notariorum collegium non recipiantur.	96
Infantes pijs locis exponentium absolutio quando E- piscopo referuata.	44
Infideles a quo arceantur ex ecclesia.	116
Ingressus monasteriorum, uide Monasteria.	
Innocentii.III.Constitutio de confessione.40.Decre- tum de Rocheto.	64
Inquisitio diligens de fide, uita, moribus, natalibus, ætate, corporis habitu, doctrina eorum, qui cathe- dralibus ecclesijs præficiendi sunt.57.58.eorum fi- dem, uitam, qui comprobent.	59
Inquisitionis officium Principum ope, ac studio adiu- uandum.	45
Inquisitionis ratio in uisitatione de scholis.93.de bi- bliothecis.94.de hospitalibus.93.in parochijs.92. de dignitatibus & canonicis.91. Vicariis foraneis præscripta de Presbyterorum uita & moribus.88	
Inquisitio diligens parochi in sua parochia, uide pa- rochi.	
Insolentia sepulchrorum, uide sepulchra.	
Institutio pia & christiana a ludi magistris tradenda.6	
Interpretatio harum constitutionum Metropolitano referuata.	213
Intortitia, uide cerei.	
Inuentarium omnium rerum, ad ecclesias pertinen- tium. a quibus conficiendum.141.eius conficiendi ratio.ibid.a quo, id, ubi, quo modo asseruandum.141. eius exempla.	142
	Inue-

I N D E X.

- Inuestigatio diligens per alios ab Episcopis in singulis
parochiis adhibenda . 86.
- Inuestitura in ecclesiæ bona feudi nomine data qualis.
143.
- Ioci in choro prohibiti . 123
- Irreuerentiæ multorum in ecclesia sedentium, aut stan-
tium, occurritur . 128
- Iudæi baptizati cura. 211. is baptizatus quorum consue-
tudine non utatur ibid. omnia bona sua habeat, cu-
rante Episcopo . ibid.
- Iudæi in unum habitationis locum compellantur. 210.
ædes proprias uendant. ibid. ne festis diebus emant,
aut uendant. 209. tribus ante Pascha diebus domi-
sue se contineant. ibid. in quibusuis rebus cum chri-
stiano contrahendis sermone nostro uulgari in suis
libris utantur. 210. pileo, ac birreto crocei coloris
utatur. 208. eis doctrina christiana prædicanda. 210.
christianorum famulatus prohibitus. 208. fraudulē-
ta cum christianis contrahendi ratio coercenda, ui-
de christiani.
- Iumenta duodecim uisitati Episcopo præscribuntur.
94.
- Iurisiurandi formula Notarijs præcepta. 96. 97. a præ-
sentatis, uel electis præstanda. 53
- Ius suffragij quibus monialibus ademptū, uide suffragia.

L.

- Laboribus monialium præfectæ, uide præfectæ, locus
assignatus. 176. ibi quotidie lectio adhibeatur. ibid.
quæ res eo loco prohibeantur. ibid.
- Laiçi separatim a clericis in supplicationibus proce-
dant. 132. ijs quando baptizare licet. 25. chrisma at-
tingere non licet. 27
- Lampas accensa ante Eucharistiam . 30
- Lapides dirutæ ecclesiæ ad prophana ædificia non ad-
hibendi . 128
- Late-

I N D E X.

Lateranense concilium.	6.19.68
Laudatio in funere quo modo prohibetur. 139. concilio tamen de humana miseria permittitur. <i>ibid.</i>	
Lectio sacrorum librorum in mensa Episcopi.	66
LECTORI funciones præscriptæ.	117
Legata pia exigenda. 138. notarij nisi ea denuncient, excommunicati. 297. non absoluedi nisi ab Episcopo.	44
Lenones exterminandi.	154
Leonis X. constitutio de ludi magistris. 6. de blasphemia. 18. de clericis horas canonicas intermittentibus.	68
Libellarij contractus quando nulli.	158
Libellus de casibus conscientia Metropolitani cura edendus. 88. a quibus exponatur. <i>ibid.</i>	
Liber Archidiaconi de clericorum nominibus. 48. eius exemplum quotannis Episcopo tradatur. <i>ibid.</i>	
Liber homiliarius, uide homiliarius.	
Liber parochi de baptizatis & compatribus. 27. de confirmatis. 28. de matrimonijs. 152. hos libros parochus ad aliam ecclesiam transiens successori tradat. 25	
Liber parochi de parochia incolis. 85. quos in eo describat.	86
Liber de receptis ad religionem puellis.	179
Libri hæresis nomine suspecti, neque ex indicis iussu emendati, prohibentur. 5. obscæni pueris legi uentantur.	6
Libri a clericis quattuordecim annorū, & a parochis, qui potissimum legendi.	69
Libri punctationum, uide punctator.	
Librorum lectio quæ monialibus præscripta. 185. 207	
Librorum indicem impressores seruent.	5
Litterarum mittendarum modus monialibus præscriptus.	198
Litteræ, & alia scripta in choro legi uentantur.	123
Litteræ dimissoriae, uide testimoniales.	

S Loca-

I N D E X.

- Locationes, in quibus usura committitur. 158
- Locationes cancelliarum prohibentur. 100. bonorum ecclesiasticorum quales ab Episcopo recognoscendæ. 143. quibus non faciendæ. ibid.
- Locationibus ædium, quæ parochorum, & clericorum sint, modus præscribitur. 74
- Loci mutatio in choro uetita. 123
- Locus meretricibus assignandus. 153. iudæis item, uide iudæi.
- Locus communis monialium uestibus constitui suadetur. 186
- Locus parochis regularibus in funere præscriptus. 136
- Ludi equestres festis diebus prohibeantur. 21. eorum spectaculis clero interdictum. 76. ludis item omnibus. ibid.
- Ludi magistri quales. 6. iudicio Episcopo comprobandi. 3. quos libros interpretari prohibentur, eorum officium in docendo. ibid.
- Lumina funeri debita mortuorum hæredes comparent. 137. in Missa qui præparet, uide candelæ, sacrista etc.
- Licentiæ non residendi studiorum causa. 82. 83. de negotijs sæcularibus clerico permittendis. 77
- Licentiæ collocationis permissæ monialibus. 198. & in ijs quæ diligentia. ibid. ingrediendi monasterium monialium non concedendæ, nisi necessarijs casibus. 194. egrediendi e monasterio professæ moniali nulla ratione permittitur, nisi ex grauissima causa, ab Episcopo probata. 192

M

- Magia prohibita. 17. eam profitentes acriter puniendi. ibid.
- Magister exremoniarum seu chori, quos Missæ ritibus instituere debet. 35. officium, antiphonas, psalmos. lectio-

I N D E X.

lectiones recitandas denunciēt . 108. *ibid.* quando standum, sedendum &c. *ibid.* quos admoneat, & erudiat. 109. tabellam conficiat de tempore & ordine, quo quisque Missam celebret, & alia munera obbeat. *ibid.* si in officio deliquerit, a quo obiurgetur, & puniatur. *ibid.* eum omnes audiant. *ibid.* si tale officium in ecclesia non sit, qui ad id, & a quo constitutur. *ibid.*

Magister familiarum Episcopi qualis, uide præfectus.

Magistræ, quæ præest monialium laboribus, cura 175.

Magistra nouitiarum quam curam habeat. 174. quibus rebus eas maxime erudiat. *ibid.* quæ monialis id munus temere sibi assumpserit, quæ pœna plectatur. *ibid.*

Magistratus quo modo a concionatore obiurgandi. 12. eorum studium erga inquisitionis officium. 5. in hæreticorum consuetudine tollenda. 4. in conducendis ludi magistris. 6. diligentia contra blasphemos. 20. uide de Principes.

Magistri liberalium artium, uide Artium.

Magistri ludi, uide ludi magistri.

Maledicens Episcopo clericus puniendus. 63.

Maledicta in Episcopi mensa non admittenda. 66

Mansionarii. 11. duo singulis hebdomadis in orbem eligendi. 12. eorum officia. *ibid.* stipendium. *ibid.* contumacia & negligentia punitur. 113

Mantelletum quale. 71

Martyria non repræsentanda, sed pie narranda. 16

Mas fœminæ præfertur in baptismi administratione. 26.

Mares, uide mulieres.

Matrimonio contrahendo quæ seruentur. 152. denunciations in eo quales. *ibid.* benedictio quo tempore facienda. *ibid.* eius contrahendi facultates. *ibid.* de eo constitutiones lingua communi diuulgadæ. 153

S 2 Matri-

I N D E X.

- Matrimoniorum liber, uide liber parochi.
- Matutinum officium quo tempore, & loco celebrandum. 124. ad id quo tempore ueniendum. 122. quando uesperis dici licet.
- Medendi ars, uide ars.
- Medici monialium a quo approbandi. 206
- Medicis præscriptum officium in ægrorum curationibus. 40. pœnæ si contra fecerint. 41
- Mediolanensis ecclesia quibus huius synodi decretis non teneatur. 212. in ea quando ieiunium adhibeatur. 55. 56. Quadragesimalis obseruantia ieiunium. ibid.
- Mediolanensis synodi constitutiones, uide constitutiones.
- Memoria matrimoniorum ne pereat, ratio adhibita. 152.
- Mendici ne eleemosynæ causa in ecclesiis uagentur. 129. cuius rei admonendi. 164
- Mensa Episcoporum qualis. 66. qui ad eam non recipiendi. ibid. uisitantium qualis. 94
- Merces notariis præscripta in conficiendis collati beneficii litteris. 54. uide notarii.
- Merces certa ab Episcopo suis familiaribus constituenda. 55
- Meretricum amictus. 153. ijs locus assignandus. ibid. tabernis meritoriis & cauponis interdicitur. ibid. omnis item ornatus prohibeatur. ibid.
- Metropolitano huius synodi explicatio reseruata. 212. referatur, si qua de statutis & constitutionibus cathedralium & collegiatarum ecclesiarum dubitatio oritur. 212. eius cura libellus de casibus conscientia edendus a quo explicetur. 88
- Ministræ monialium quæ, Præfecta. 169. Vicaria, Discretæ. ibid. Ianitrices. 170. Rotaria, sermonibus audiendis præpositæ. ibid. sacristia præfecta, scriba, seu celeraria. ibid. nouitiarum. 174. magistra, Rationatrix.

I N D E X.

trix. *ibid.*

Ministri ecclesie, sacerdote Missa celebrante, a quibus abstineant. 38. quæ parent ad Missæ ministeriû. *ibid.* iis omnibus certæ muneris ratio præscribitur. 102

Miserabiles personæ, uide personæ.

Miracula, uide concionator.

Missæ non memoriter dicenda. 36. non operto capite, *ibid.* non alicuius gratia retardanda. *ibid.* perlegenda a sacerdotibus, antequam ad altare accedant.

37. festis diebus in parochia audienda. 39. ea non peracta, non discedendum. 38. 39. quibus saltem diebus ab Episcopo, sacerdotibus, & curatis celebranda. 62. in eius celebratione quæ uitanda. 36. quo modo in ea fideles intersint. 39. in Missæ nouæ celebratione quæ tollenda. 35

Missæ de beata Virgine quando celebranda, 35

Missam celebranti sacerdoti qui minister adfistat. 38 quo habitu indutus. *ibid.* quæ agi ab eo prohibentur sacerdote celebrante. *ibid.*

Missas plures eodem die celebrandi facultas concessa tollitur. 33

Missæ inter concionandum nõ celebrentur. 13. earû celebratio quibus prohibetur. 33. quibus item in locis. *ibid.* quo tempore. *ibid.* hora populo commoda celebrentur. 37. ijs celebrandis ordo seruetur. 34

Monasteria monialium, quæ unienda. 167. quibus adimenda facultas recipiendi moniales. *ibid.* eorum fructus, monialibus extinctis, quibus locis attribuendi. *ibid.*

Monasterij septa, uide septa.

Monasteriorum aditus, uide aditus, ingressus. 193. 194. & seq. in ea conspectus prohibetur. 191

Moniales cõmuniter uiuant. 185. omnia ad communem monasterij utilitatem conferant. 186. uestes in communi loco afferuent. *ibid.* Moniales dona nõ recipiant, nisi consentiente præfecta. 186. non am-

S 3 biant

I N D E X.

- biant. 169. cum nemine externo colloquantur. 195.
 & quo potissimum tempore. 195. nemini scribant.
 198. cum nemine communicent, quæ ab externis ac
 ceperint. 113. sæcularium uestitu non utantur. 197.
 inani sermone quando tempus non consumant. 195.
 depositi aut custodiæ nomine ne quidquam acci-
 piant. ibid. musicis instrumentis non sonent. 197. ne
 offulas conficiant. 197. missas ad se litteras non le-
 gant, nisi præsentem Præfectam. 198. professæ e mona-
 sterij septis non egrediantur. 192. nihil donent, uen-
 dant. & c. 187. uno loco dormiant. 188. ad benedictio-
 nem mensæ quando conueniant. 188. die, noctuq.
 chorum frequentent. 183. singulæ diuinis officijs in-
 tersint. ibid. quo habitu indutæ. ibid. mentalem o-
 rationem quando habeant. 184. quas res precando
 fugiant. 183. quas meditentur. 184. diebus festis ho-
 ram aliquam in sacra lectione consumant. 185. quan-
 do e mensa discedant. 188. quo ordine discumbant.
 ibid.
- Moniales ex una familia, quot in unum monasterium
 recipi licet. 178
- Monialibus catelli, speculum, suffimenta, unguenta
 prohibentur. 187. uasa fructuum & florum. 197
- Monialium numerus in singulis monasterijs. 167. offi-
 cia quæ & quibus tribuenda. 168. Præfecta, uide Præ-
 fecta. uiolatores non obfoluendi, nisi ab Episco-
 po. 44
- Monialium sermonibus audiendis Præfecta, qualis. 173
 eius officium. ibid.
- Monialium ad officia electio, uide electio.
- Montes pietatis instituendi, curâtibz Episcopis. 166
- Mortuorum uestes a clericis non sumendæ. 136
- Mortuus quando non efferendus. 136
- Morum eius inquisitio, qui creandus est Episcopus. 57
- Mozeta ab Episcopo adhibenda. 64
- Mula Episcopalis quo modo induta. 63
- Mulie-

I N D E X.

- Mulieres Christianæ, uide Christianæ. Iudææ. uide Iudææ.
- Mulieres loco a uiris separato sacram concionem audiunt. 14. orent. 31. in confessione quo tempore, & quo loco audiendæ. 42. in diuersorio rusticani cleri hospitio ne recipiantur. 76. in clericorum ædibus non habitent. 73
- Mulcta clericorum, pijs locis attribuenda. 79. administrantium culpa non exacta, Seminario adiudicatur. ibid. si laicis irrogatur, quo modo distribuenda. ibid.
- Mulierum confessiones quo tempore & loco non audiuntur. 42
- Munera quacumque ratione, Ecclesiæ ministris attributa, antiquata, ad usum reuocentur. 102
- Musica in Diuinis officijs quæ adhibenda. 120. quæ musica instrumenta ab ecclesia excludenda. ibid.
- Musici die festo ecclesiæ monialium non admittendi. 206
- Mutatio loci in choro prohibita. 123
- Mutuum, ex quo committitur usura. 136

N.

- Natalium eius, qui Cathedrali ecclesiæ perficiendus est, inquisitio. 58
- Necromantia prohibetur. 17
- Negligentia Episcopi in comprouincialis Episcopi funere punitur. ibid. clericorum ad diuina officia tardius conuenientium, coercetur. 122
- Negocia sæcularia a clerico fugienda. 77-78
- Nomen gentilium fœminarum nouitiæ moniali imponi uetatur. 180
- Notarij pia legata non denunciante non absoluendi, nisi ab Episcopo. 44. mulctarum attributionis instrumenta denunciant. 212. quibus in causis non se interponant. 96. quæ præstare debent ex iurisiurandi formula. 96. 97. simoniaca instrumenta conficientes

S 4 teneu-

I N D E X.

- tenentur. 55
- Notarijs merces præscripta in conficiendis collati beneficij litteris. 54. in officio delinquentibus pœna proposita. 96. 100. taxa præfinienda. 95
- Notariorum collegium instituendum. 95. qui ei non adscribendi. 96
- Notariorum littera qualis. 99. carta. ibid. certus numerus. 96. statuta. ibid. officiales. ibid.
- Nouitia monialis cuius ætatis ad professionem recipienda. 181. quo loco examinanda. ibid. quomodo bonis renunciet. 182. antequam recipiatur, Præfectæ officium. ibid. earum cura ad quam spectet. uide nouitiarum magistra. 174
- Nundinæ in die festo prohibita. 20. si in diem festum incidant, quo die faciendæ. ibid.
- O.
- Obiurgandi modus a concionatoribus seruandus. 12
- Oblationibus faciendis ratio præscripta. 145. uide elemosyna.
- Obseruatio parochorum in nouos parochiæ suæ inquilinos. 86
- Odorum suauitates Episcopus non consecetur. 63
- Officia diuina, uide diuina officia.
- Officia minora monialium quæ, & a quibus conferenda. 170
- Officijs monialium tempus præscriptum. 168
- Officium custodum ecclesiæ, uide custodum.
- Officium mansionarij, uide mansionarius.
- Officium punctatoris, uide punctator.
- Officium thesaurarij, uide thesaurarius.
- Officium monialium prohibentur donandi causa. 197
- Onera cuique ecclesiæ imposita, præstanda. 149
- Oratio mentalis, qualis. 184. monialibus præscribitur. ibid.
- Oratio XL. horarum, quo loco, & modo in ecclesia habeatur.

I N D E X.

- beat. 30. sacramentum ubi eo tempore collocan-
 dum . ibid. ad eam noctu qui non conueniant . ibid.
 fœminæ separatim a uiris orent . ibid.
- Orationes in missâ quot. 35
- Oratoria non facile faciendâ . 34. qualia sint , quoue
 loco . ibid. raro ijs utantur illi , quibus est eorum
 usus concessus . ibid. in ijs quando missam celebra-
 re non licet. 33
- Ornamenta altarium , qualia in celebratione missæ . 35
- Ornamenta inania excludat Episcopus . 65
- Ornamenta sacris addicta ad usum profanum non com-
 modentur . 131
- Ordinis sacræ administratiô qualis . 47. 48
- Ordinibus conferendis nihil accipiatur . 48. ijsq. colla-
 tis quo loco , tẽpore , & quibus , a quo notandum . ibid.
- Ordo sacer portionibus & canonicatibus non anne-
 xus , annectatur . 108
- Ordo qui in choro seruetur . 120. 121. & seq. in proces-
 sionibus obeundis . 124. in funere mortuorum . 136.
 in missis celebrandis . 34
- Organum in ecclesia , ceteris musicis instrumentis ex-
 clusis . 120
- Ornatus sepulchrorum amoueat . 139. 140
- Orphanis consultum quo modo . 86
- Ostia in monasterijs monialium , collocutioni assigna-
 ta , perpetuo clausa . 107. quando aperienda . ibid.
 eorum clauis a quibus asseruandæ . ibid. quorum a-
 ditus in externam ecclesiam , obstruatur . ibid.
- Otia e ciuitatibus tollenda . 155

P.

- Pacta exequiarũ , & anniuersariorũ causa prohibetur . 138
- Pactiones simoniacæ , uide simonia .
- Pactiones quæ usuram sapiunt . 158
- Pædagogi professionem fidei faciant . 3
- Pallium ad mortuos efferendos , quorum sumptibus
 com-

I N D E X.

- comparatur. 137. gratis commodetur. 138. si pretio
 so nobiles uti uoluerint, emant. ibid. id post funus,
 ecclesiæ acquisitum. ibid.
- Parasiti in mensam Episcopi non admittendi. 66
- Parochialem ecclesiam non obtinentes, confessiones
 non audiant. 41
- Parochiales ecclesiæ quo casu uniendæ. 23. in admini-
 stratione sacramentorum sequantur ritus cathadra-
 lis ecclesiæ. 24. fontes habeant baptismalis aquæ.
 27
- Parochialium multitudo a retinentibus dimittenda.
 83. contra eos pœna. ibid.
- Parochiæ uisitandæ. 90. qua diligentia. 92. 93. earum di-
 stinguendarum ratio. 22. 23. in earum sacristiis cellu-
 læ ad orandi usum constituendæ. 37. singulis ijs in-
 quirendis, certi hominis deligendi. 90
- Parochiæ cuiusque status, qua diligentia ab Episcopo
 cognoscendus. 85
- Parochianorum sumptibus pallium ad efferendos mor-
 tuos comparatur. 137
- Parochi quibus diebus fidei initia doceant. 3. si rudes,
 quo modo prædicandi munus expleant. 8. quo tem-
 pore omnino prædicent. 7. quot saltem diebus mis-
 sam celebrent. 62. ne concionem in missa omittant.
 37. quos libros sibi comparent. 69. in parochiis soda-
 litates corporis Christi instituunt. 31. in processio-
 nibus, quam consuetudinem tollendam studeant.
 133. Ecclesiæ sibi commissæ oneribus satisfaciant.
 149. uiduis, pupillis &c. pietatis officio subueniant.
 80. quibus anni temporibus ad cognoscendum gre-
 gis statum adhibeatur ab Episcopo. 96. inconsultis
 ijs sacræ imaginæ non effingendæ. 15. eorum offi-
 cium in populo monendo ut hæretici nomen defe-
 rat. 4. in admonendis abutentibus sacra scriptura. 5.
 compatribus. 27. in ijs admittendis. ibid. in puer-
 peris monendis. 28. in ægrotis inuisendis. 25. in
 popu-

I N D E X.

- populo cohortando ad communionem. 25. in sacramentorum ui explicanda. ibid. in admonendis presbyteris de celebranda missa. 62. iis qui raro Eucharistiam sumunt. 30. in describendis confirmatis & eorum compatribus. 28. in baptizatis item. ibid. in denuntiandis iis qui Paschæ tempore non communicarint. 29. in administranda extrema unctione. 47
- Parochorum cura in iis qui in sua parochia docent, inquirendis. 3. hæreticis item. 8. habitatio ubi. 73. inquisitio de dictis & factis eorum, qui ex hæreticorum finibus ueniunt. 4. in parochiis suis. 86. admonitio de solutione decimarum. 145. cura, ut, qui bestias pascunt diebus saltem festis missæ interfint. 39. ne confessiones in hebdomadam sanctam differantur. 42
- Parochorum liber de baptizatis. 27. confirmatis. 28. matrimonio iunctis. 152. hos libros, ad aliam ecclesiam transeuntes successori tradant. 27. uide liber.
- Picturas excludat Episcopus. 65
- P II I I I I. constitutio de professione fidei a quibus seruanda. 2. 3. de confidentiis quando publice recitanda. 61
- Pignus ex quo committitur usura. 157
- Pilæ ludus clericis quando & quo loco nõ prohibitus. 76
- Pileo in choro ne clericus utatur. 47. in altare is a sacerdote non ponatur. 37
- Piorum locorum administratio qualis. 160. bona quo modo locanda. 162. quibus non locanda. ibid. qua fideiussione. ibid.
- Placentæ in Episcopi mensa prohibentur. 66
- Pœna contra blasphemos. 19. contra simoniacos. 53. contra clericos qui diuinũ officium intermittunt. 68. qui contra decretum, de uita & honestate clericorum delin-

I N D E X . I

delinquunt. 78. qui retinent plures parochiales. 83. contra non residentes. 81. 82. qui a uisitandi præscri- pta lege discedunt. 95. contra alios, uide suo loco .	
Pœnæ pecuniariæ non remittendæ . 212. qua de causa remittantur. ibid. quo modo diuidantur. ibid.	
Particulæ duæ Eucharistiæ quando deferendæ .	31
Passio Saluatoris quomodo exponenda .	16
Pastorale sancti Gregorii a Parochis legendum .	69
Patronatus iura recognoscendi tempus Episcopis præ- scriptum .	143
Pauperibus in ecclesia uagari prohibitum .! 129. Elee- mosynam petere inter concionandum. 13. necessaria alimenta a locupletibus clericis non iis neganda .	
148. in elemosyna petenda modus præscriptus. 13. quando ii a cõcionatoribus non cõmendentur. ibid.	
Pellium pretiosarum usu Episcopo interdicitur .	63
Pensiones cancellariis Episcoporum assignatæ , quan- do irritæ .	100
Pêrecostes & natiuitatis Domini tempore populus ut confiteatur & communice officium parochi .	25
Percussores parentum non absoluandi, nisi ab Episco- po .	44
Pernoctationes in ecclesia uetantur .	129
Personatus quis uestibus clericalibus & monachali- bus indutus punitur .	73
Personæ miserabiles cuius sumptibus sepeliendæ .! 138. earum causas tueri clerico licet .	77
Pictoribus & sculptoribus sacrarum imaginum effin- gendarum modus præscribatur .	15
Pœnitentia publica publice peccantibus imponenda . 45. non aliis pœnis commutanda. ibid.	
Pœnitentiam quæ cuique peccato ex canonibus præ- scribitur sciant confessores .	44
Pœnitentiarius in cathedralibus ecclesiis instituen- dus .	41
Pontifici Romano obedientia .	2
	Pontificibus

Porti
Præb
Præb
Præ
Præ
Præ
co
C
Præ
Præ
tu
lic
ca
bu
16
18
ce
pe
ne
ca
li
Præ
ib
Præ
ne
fig
ciã
dic
Præ
Præ
Præ
be
Præ
17
Præ
Præ

I N D E X.

Portionibus ordo sacer non annexus annectatur.	103
Præbenda theologalis constituenda.	7
Præbendæ unio pro pœnitentiario.	41
Præcursor fœminarum clericus ne sit.	78
Prædicatio uerbi Dei munus Episcoporum.	7
Prædicandi ratio concionatoribus proponitur. 9. uide concio. modus in exagitandis uitiiis. 11. 12. munus Curatis imponitur.	9
Prædicatorum admonitio, de soluendis decimis.	146
Præfecta monialium qualis. 169. tacitis suffragiis eligatur. ibid. nō eū honorem ambiat. 168. iura ab Apostolica sede cōcessa exhibeat. 168. singulis hebdomadis capitulū habeat. 172. nihil deliberet nisi cōsentientibus Discretis. ibid. rationē administrationis reddat. 166. quibus ex causis ab officio amoueri potest. 179. 182. bona monasterij nō alienet. 177. quādo nō ædificet. 177. de suscipienda ad religionem puella nihil polliceatur. 178. eius officium in monialibus admonendis. 171. in concordia conseruanda. ibid. in uisitandis ægris monialibus. 177. in inquirendis monialium cellulis.	187
Præfectę laboribus monialium duæ. 175. earū officium. ibid.	
Præfecti collegiatarum in urbibus publicas processiones obeant. 132. 133. 96. locus, a quo in eo munere assignandus. ibid. ecclesiarum suarum oneribus satisficiāt. 150. nō residentes a quo deferendi. 84. iis qui in diœcesi sunt, uicarii foranei munus tribuendum. 87	
Præfectus familiæ Episcopi qualis.	67
Præparatio ad sacramentum pœnitentiæ.	42
Præpositæ moniales curę egrotantium quales se præbeant.	177
Præpositæ moniales sermonibus audiendis, quales 173. earum officium. ibid.	
Præposita rotæ, uide rotaria.	
Præsidentis choro quæ officia in ecclesiis præstet.	106.

I N D E X.

106. in iis obeundis negligens a quo puniatur . ibid.
 si tale officium deest, qui eo fungatur. ibid. quando
 ecclesiæ ministris discedendi facultatem dat. 149
 Precationibus monialium ratio præscribitur . 183.
 184.
 Preces publicæ indicendæ mortuo Episcopo . 135
 Presbyteri quibus saltem diebus Missam celebrent.
 62. uide sacerdotes. tonsuræ insigniti. 70. eorum cul-
 tus & uestitus. uide clerici .
 Prima, quando in ecclesia dicenda 125
 Principes quo honore prosequantur Episcopos. 63. eo-
 rum studium quale in tollenda hæreticorū consue-
 tudine. 4. erga inquisitionis officium. 5. in cōducendis
 ludi magistris. 6. animaduersio in blasphemos. 20
 Principes commoniti de Histrionibus, Lenonibus,
 Cingaris eijciendis, Ganeis tollendis. 154. aleatori-
 bus puniendis. ibid. artibus bonis instituendis . ibid.
 immoderatis sumptibus coercendis 155
 Processionibus, & supplicationibus habendis ratio
 præscripta. 131. in iis quo ordine procedendum. 132.
 fœminæ separatim a uiris procedant. ibid. laici item
 a clericis. ibid. quibus rebus opera danda. 132. specta-
 cula, actiones pro foribus ædium, & in uia prohiben-
 tur. 133. edendi item, uel bibendi consuetudo . ibid.
 in iis denunciandis parochi officium. 133. ad eas re-
 gulares ab Episcopo uocentur. 132. quo tempore ad
 eas ueniendum. 131. quo habitu cruces in iis feren-
 dæ. 132. quo habitu canonici induti, & reliqui cleri-
 ci. 131. 132. certi uiri ab Episcopo deligendi, qui de
 supplicationibus præscripta seruari curent. 133. in
 iis obeundis controuersia de priore loco a quo tol-
 lenda 132
 Procuratores piorum locorum, qui non sint 161
 Procuratores monasterii monialium 206
 Professio fidei, uide fidei
 Proprietas monialibus interdicitur 185
 Psalmo -

Pfal-
 cu
 Puell
 g
 r
 ib
 fr
 p
 r
 Puell
 n
 st
 ib
 p
 ib
 ca
 le
 Pue
 Pue
 Pun
 r
 e
 r
 c
 a
 Pue
 a
 Puri
 Pyre
 Qua
 qu
 di
 in
 Qu

I N D E X.

- Psalmorum uersiculi in choro distincte pronuncien-
tur. 120
- Puellæ ad religionem admitendæ. 177. inuitæ non co-
gantur. *ibid.* in hoc monialium officium. 178. separa-
tim prius libero loco ab Episcopo examinentur.
ibid. maiores xii. annis admittantur. 178. quibus suf-
fragiis. 179. admissis tempus ad induendum habitum
præscriptum. 180. suscepto habitu e septis monaste-
rii ne egrediantur. 181
- Puellæ sæculares educationis causa in monialium mo-
nasteria introductæ post annum exeant. 200. in po-
sterum non recipiantur, nisi Superiore permittente.
ibid. quibus puellis non permittendum. *ibid.* rece-
ptæ, quo habitu induantur. 200. quo loco dormiât.
ibid. cum externis ne colloquantur. *ibid.* eorum edu-
cationis causa quantum soluendum. *ibid.* si monia-
les fieri uolunt, quæ seruanda. 201
- Puellis nubilibus subueniendum quo modo. 86
- Pueri fidei initia a quo doceantur. 6
- Punctatoris officium in quibus ecclesiis retineatur.
113. iusiurandum. *ibid.* in eo deligendo Episcopi au-
ctoritas. 114. punctator quos notet. 113. si quos iniu-
ria notet qua pœna multandus. *ibid.* suo mense sa-
cris intersit. 114. punctationum libros diligenter cu-
stodiat. 113. horum librorum collatio. 114
- Puerperæ post partum domo exeuntes ad ecclesiam
accedant. 28
- Purificatoria, & corporalia qualia. 35
- Pyromantia uetita. 17
- Q
- Quadragesimæ ieiunium & abstinentia. 46. eius initiũ
quando faciendum. *ibid.* hoc tempore parochi præ-
dicent. 8. Episcopi Missæ solemnæ & diuinis officiis
intersint. 127
- Quæ ad sacramentorum administrationem generatim
pertinent.

I N D E X.

pertinent.	22
Quæ pertinent ad baptismi administrationem.	25
Quæ pertinent ad sacramenti confirmationis administrationem.	28
Quæ ad sanctissimæ Eucharistiæ administrationem pertinent.	29
Quæ ad confessionis administrationem pertinent.	40
Quæ ad Missæ celebrationem pertinent.	32
Quæ ad sacri ordinis administrationem pertinent.	47
Quæ ad piorum locorum administrationem pertinent.	160. 161. & seq.
Quæ res in altare a sacerdote non ponantur.	37
Quæstiones inanes a concionatore uitandæ.	11
Quæstiones Tridentinæ synodo damnati.	163
Qualitates in clerico non residente studij causa.	81
Qui ad sacram communionem non recipiantur.	29

R.

Raptores uirginum non absoluantur, nisi ab Episcopo.	44
Ratio approbandi confessores, uide confessores.	
Rectores in ecclesiis nuper erectis quo modo sustentandi. 23. ubi habitent. 74. pernoctationes in ecclesia ne permittant. 129. qua horam ecclesiam claudant. ibid. in exorcismis, & aliis quos ritus obseruent. 24. fructus ecclesiarum pendentes ne alienent, non permittente Ordinario. 145. ijs, quando alij sacerdotes adiungendi. 23. candelas & cereos in mortuorum funere adhibitos ne uendant. 137. quando ad mortuos efferendus pallium emant. 138. uide sacerdotes, clerici, &c.	
Regesta notariorum qualia.	99
Regulares ad processiones uocandi.	132
Regularibus parochis locus in funere præscriptus.	136
Regule indicis de libris prohibitis seruandæ.	135
Reliquiarum ueneratio. 16. ex quo modo populo ostendantur.	

N D E X.

dantur. ibid. quo modo asseruandæ. ibid. in ijs osten-	
dendis quæ fugienda.	17
Remissio canonicorum sublata.	104
Renunciatio bonis a nouitia quo modo fiat.	182
Repræsentationes sacræ martyrum non agantur.	16
Residentia. 79. in ea præstanda studium. ibid. contra nõ	
residentes edictum ab Episcopo proponendum. 81.	
tempus non residentibus præscriptum. 81. 82. non re-	
sidentium fructus quibus attribuantur. 79. non resi-	
dentes studij causa ad subdiaconatum promouendi.	
82. licentiæ non residendi studiorum causa quibus	
condicionibus dentur. 83. non residentibus pœna	
proposita. 79. 80. & sequentibus Episcopo non resi-	
dente, a quibus id Metropolitanos significandum.	
80. si alii non resideant, quando parochi, quando	
Vicarii etiam foranei Episcopum admoneant.	84
Residentia debetur beneficijs etiam non curatis.	84
Reticulum clericis prohibitum.	71
Risus in choro uetatur.	123
Ritus Romanæ ecclesiæ in cathedralibus adhibendi.	
24.	
Ritus sacri, & cæremoniæ a concionatoribus expla-	
nentur.	11
Rixæ in choro uetitæ.	123
Rochetum quibus in locis Episcopus induat.	63
Rogationum tribus diebus in Mediolanensi ecclesia	
ieiunetur.	46
Romana Ecclesia catholicæ fidei magistra.	2. 216
Romanæ Ecclesiæ instituta in omni Missæ parte ser-	
uanda.	36
Rotaria monialis.	170. 175

S.

Sabbato Missa de beata Virgine celebretur.	35
Saccris artificiose condita in mensa Episcopi non ap-	
ponantur.	66

T Sacer

I N D E X.

- Sacer ordo, uide ordo sacer. 10
- Sacerdotes quibus saltem diebus Missam celebrent. 62.
singulis saltem hebdomadis peccata confiteantur.
36. antequam celebrent, quid agant. ibid. e sacri-
ficia quo modo exeant. ibid. ab altari quousque non
recedant. 38. in sacramentorum administratio-
ne superpellicem & stolam adhibeant. 24. ad bap-
tizandum quo modo accedant. 26. cuius rei compa-
tres moneant. ibid. sacris uestibus induti, rei diuinæ
faciendæ causa, quomodo se gerant. 37. quæ in missæ
celebratione uitēt. 36. quas cæremonias seruēt. ibid.
publice criminosi Missæ celebratione interdicun-
tur. 33
- Sacramenta a concionatoribus dilucide explicanda. 11.
ijs administrandis ratio præscribitur. 22. 23. quo mo-
do sacerdotes induti. 26. ritus ex more Romanæ Ec-
clesiæ adhibeantur. 24. inferiores ecclesiæ, cathedralis
ritus sequantur. ibid. in eorum administratione ni-
hil exigendum. 24. eorum uis quando ab Episcopo,
& parochio explicetur. 25
- Sacra scriptura ab utentibus occurritur. 5
- Sacris rebus ab utentium absolutio Episcopo reserua-
ta. 44
- Sacristiæ officium in sacris uasis & uestimentis cu-
stodiendis. 110. in renouanda sæpius aqua benedicta.
ibid. in rebus ad diuina officia præparandis. 110. in
ornando altare maiori. ibid. in dandis horarum ca-
nonicarum signis. 110. in rebus & sermonibus inani-
bus e sacristia remouendis. 110. in laicis item. ibid. ad
quem usum in sacristia tres tabellas habeat. 110
- Sacristiæ intortitia, candelæ in mortuorum funere ad-
dicuntur. 137. in ea quando matutinum celebran-
dum. 125. quæ cellulæ constituendæ. 37. eius foribus
tabulæ affigantur de confessorum nominibus. 41
- Sacri ritus, uide ritus.
- Sacris addicta, uide addicta.

Salta-

I N D E X . I

Saltationes fettis diebus prohibeantur. 21. clericis omnino prohibita.	75
Saluatoris passio, uide passio.	
Sanctorum martyria & res gestæ quo modo exponantur.	16
Sanniones in mensam ab Episcopo non admittantur.	66
Scholæ uisitandæ. 90. ijsq. uisitandis quæ inquirendi ratio.	93
Scriba, uide celeraria.	
Sculptoribus modus præscribatur in sacris imaginibus effingendis. 15. Sedes confessorum in ecclesiis constituantur.	42
Seminarii clericorum institutio. 49. decima fructuum ei attributa. 50. quo tempore soluenda. 51. unde soluenda. 49. 50. eius augendæ facultas. 51. multa ei ad iudicata. 212. quæ beneficia ab Episcopo applicentur. 51. præstimoniales portiones attribuantur. ibid.	
Sepeliendi mos in cœmiterijs restituendus.	139
Sepulchra excelso loco posita amouenda.	139
Sepulturæ locus in ecclesia humi detur.	139
Septa monasteria monialium nemo ingrediatur. 193	
194. quæ in iis non alantur. ibid. eorum ianux quo modo claudantur.	174
Serica uestimenta quibus prohibentur. 154. 67. 63. 71	
Simoniacæ pactiones, uexationis redimendæ causa, prohibita.	55
Simoniaciis pœnæ propositæ.	53. 54
Simoniæ pœnis qui tenentur.	55
Societatis contractus qui usuram sapiunt.	158
Sodalitates corporis Christi in parochiis instituendæ.	
31	90
Sodalitates uisitandæ.	17
Somniorum interpretes coercentur.	123
Somnus in chorætus.	197
Soni monialibus prohibiti.	

T 2 Sorti-

I N D E X.

Sortilegi.	17
Spectacula inania festis diebus prohibeatur. 21. clericis interdicta.	75
Spectacula & alia, quæ prope monialium monasteria agi uetantur.	191
Speculum monialibus uetatur.	187
Stateras adulterantium absolutio Episcopo reseruata.	44
Stola & superpelliceum in sacramentorum administratione adhibeantur.	24
Studium concionatoris quibus in rebus explanandis potissimum uersetur.	11
Subbirretum a sacerdote celebrante in altari non ponatur.	37
Subdiaconatus ordine ad annum initietur qui studij causa abest.	83
Subdiaconi quoties in mense communicent. 62. tonsuram ferant. 70. si muneri suo desunt, mulctantur. 126. uide Diaconi.	
Sudariolum in altare poni uetantur a sacerdote celebrante.	37
Suffimenta monialibus prohibita.	187
Suffragia tacita ferantur de puella ad religionem admittenda. 179. in tacitis suffragijs, quæ caueant moniales. 173. ijs suffragijs Præfecta, Vicaria, Discretæ creentur.	169
Summam Antoninam parochi sibi comparent.	69
Sumptibus uiuentis Episcopi & Capituli anniuersariæ mortui Episcopi exequiæ fiant.	135
Sumptus immoderati coerceantur.	155
Superpelliceum, uide stola.	
Supellex Episcoporum & clericorum qualis.	64
Supplicationes publicæ mortuo Episcopo indicendæ.	135.
Supplicationum habendarum ratio præscripta, uide processiones.	

Sinago-

Sin
Syn
Tab
Tal
Tal
Tal
Tal
Tal
Tab
b
Ten
n
r
c
c
Te
Th
t
Th
p
ti
Tibi
Tog
Ton
Ton
Tor
Tun
Tute
Val

I N D E X.

Sinagogæ aditu christianis interdicitur . 208
 Syndici piorum locorum qui non sint . 161

T.

Tabellæ tres ad quem usum in sacristia habeantur. 110
 Tabellionatus officium clericis prohibetur . 77
 Tabernaculum sacrosanctæ Eucharistiæ quale . 30
 Tabernæ meritoria tollantur . 154
 Tabulæ de monialibus confessorum in sacristiæ foribus . 41
 Talorum ludus clericis prohibitus .
 Taxa notariis præfiniatur . 95. carceris item custodi-
 bus . 101
 Tempus distinguendis parochiis præscriptum. 24. testi-
 monialibus litteris. 199. 200. puellæ ad religionem
 receptæ in habitu sumendæ. 180. notariis ad denun-
 cianda legata pia. 165. clericis ad sumendum habi-
 tum. 70. ad residendum. 80. monialium Præfectis ad
 exhibenda priuilegia. 168. ad seruanda huius syno-
 di decreta . 214
 Testis falsus a confessore quando non absoluat . 43
 Theologalis præbenda quibus in ecclesiis constitua-
 tur . 7
 Thesaurarij officium . 114. quibus distributiones non
 persoluat. ibid. si contra fecerit, qua pœna mulcte-
 tur . 115
 Tibiæ ab ecclesia excludantur . 120
 Toga clericorum qualis . 71
 Tonsotes monialium a quo approbandi . 206
 Tonsuræ clericalis forma. 70. a quibus deferenda. ibid.
 Torques clericis uetatur . 72
 Tunica linea Episcopi, uide Rochetum, talaris, qualis.
 Tutelæ administratio clericis uetita . 77

V

Vasa florum & fruticum monialibus prohibita . 197
 Vasa

I N D E X.

Vasa sacris addita ad profanū usū nō cōmodentur.	131
Venale nihil in ecclesia proponatur.	128
Venatio clericis interdicta.	75
Venditiones cancellariorum prohibeatur.	100
Venditiones quę usuram sapiunt.	157
Veneratio reliquiarum, uide reliquię.	
Verrendę ecclesię cura.	116
Verficuli hymnorum &c. in choro distincte pronun- ciantur.	120
Vestes clericales & monachales qui personati induūt, puniuntur.	73
Vestes ægotarum monialium quo loco custodiantur.	186.
Vestes sacrę usui profano non commodentur.	131
Vestis externa clericorum qualis. 71. uiatoria. ibid.	
Vestitus Episcopi, qualis. 63. eius familię.	67
Vicariis foraneis certę diocesis partes attribuuntur.	
87. eorum munus quibus deferatur. ibid. quibus in rebus uersetur. ibid. cura præcipua in inquirendis presbyterorum moribus. 88. si qui non resederint.	
84. in explicando de casibus reseruatis libello. 88. ii ab officio uoluntate Episcopi amouentur. 89. qui ip- sis obedientiam præstent.	88
Vicarii perpetui quibus in ecclesiis parochialibus con- stituendi.	207
Vidux ob maritorum mortem a Missę auditione am- plius mense uon excusantur.	39
Vigilię, quibus ieiunandum.	45
Vinorum genera exquisita in mensa Episcopi prohi- bentur.	66
Vinum album ad Missę celebrationem adhibeatur.	35
Vinum calice consecrato populo in Eucharistię sum- ptione non præbeatur.	30
Violatores monialium non absoluendi ab alio, nisi ab Episcopo.	44
Virgę ferreę in cancellis monialium, quales.	189
Viri	

I N D E X.

Viri certi ab Episcopo deligendi, quibus curæ sit, ut de processionibus præscripta seruentur. 133. qui semel in hebdomada uisitent eos, qui in carcere sunt. 101. qui ab Episcopo uisitante ad inquirendum adhibeantur. 90. a clero diocesano eligendi, qui urbanis congregationibus intersint. 146	
Visitandi formula Episcopis, & inferioris ordinis Visitatoribus præscripta. 164. 91. & seq.	
Visitans Episcopus prædicet. 90. ad pœnitentiam cohortetur. ibid. priuatim admoneat. ibid. quos uiros ad inquirendi rationem adhibeat. 90. ecclesiam pollutam reconciliet. 91. cœmiteria item. ibid. non confirmatos confirmet. 90. alia officia præstet, quæ eius pietati & prudentiæ relinquuntur. 94. quæ loca ordine uisitet. 90. eius in uisitatione comitatus. 94. mensa & uictus qualis. ibid. quam in cathedrali & collegiatis ecclesiis uisitandis rationem adhibeat. 90. 91. in bibliothecis. 94. in scholis & piis locis. ibid. in parochiis. 92. a parcho quæ inquireat. ibid. quæ in populo dispiciat. 85. 93	
Visitatio diligenter & celeriter cõficienda. 95. ad salutem eorum, qui uisitantur, instituta. 89. præcipuum munus Episcopi. ibid.	
Visitator Episcopali gradu inferior quam uisitandi formulam seruet. 94	
Vita clericorum qualis. 60	
Vitæ eius inuestigatio, qui cathedrali ecclesiæ præficiendus est. 57	
Vites qui incidunt, non ab alio absoluantur, nisi ab Episcopo. 44	
Vnguenta monialibus uetita. 187	
Vnio parochiarum quo casu facienda. 23. beneficiorum quæ seminariis applicanda sunt. 52. quæ beneficia unire liceat Episcopo. 104	
Vnio monasteriorum monialium quo casu fiat. 167	
Vniones perpetuas Episcopi recognoscant. 143	
	Vocum

I N D E X.

Vocum ratio & modus in diuinis officiis .	123
Vrceoli uini & aquæ ad Missæ sacrificium a quo paren- tur .	118
Vsura in mutuo & deposito quo modo committitur . 156. ex cambiis. ibid. ex uenditione. 157. ex pignore. ibid. ex contractus societate . 158. in societate ani- malium. ibid. in animalium locationibus. 158. in con- tractibus libellariis . ibid.	
Vsus bibendi in ecclesia, uide bibendi .	
Vsus oratoriorum, uide oratoria .	
Vsu cauponarum clericis interdicitur .	76
Vsu gemmarum quibus interdicitur .	154

F I N I S.



58 13129

733
pen-
118
tur.
gnore.
te ani-
in con

76
154

